UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

M. Adami, Scriptoris Vetvsti, Historia Ecclesiastica, Religionis Propagatae Gesta, Ex Hammabvrgensi Potissimum Atque Bremensi Ecclesiis, Per Vicina Septentrionis Regna

Adamus <Bremensis>

Helmestadi[i], 1670

urn:nbn:de:hbz:466:1-11096

Visual Library

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

N III. 25.
Th. 4889.

Reverendissimo Celsissimoq.
Principi ac Domino
DNo FERDINANDO,
Episcopo Paderbornensi,
Coadjutori Monasterienssi,
S.R.I. Principi,
Comiti Pyrmontano, & Libe.
ro Baroni de Furstenberg,
Domino suo clementissimo,
cum omnigena felicitatis
voto,
humillime offert
JOACHIMUS JOHAN. MADERUS.

M. ADAMI,
SCRIPTORIS VETVSTI,

HISTORIA ECCLESIASTICA,

RELIGIONIS PROPAGATÆ GESTA,
EX HAMMABVRGENSI POTISSIMUM ATQUE BREMENSI ECCLESIIS,
PER VICINA SEPTENTRIONIS REGNA,
LIBRIS IV.
repræsentans.
CUM ALIIS
ANTIQUIS MONUMENTIS,
PARTIM
NVNC PRIMVM,
EDIDIT
JOACHIMVS JOHAN. MADERVS.

HELMESTADI
Typis ac sumtibus HENNINGI MULLERI,
Anno CIↃ IↃC LXX.

MAGNIFICIS, NOBILISSIMIS, CONSVLTISSIMIS, AMPLISSIMISQVE VIRIS,

DOMINIS

CONSVLIBUS,

SYNDICIS,

AC

SENATORIBUS,

ILLVSTRIS AC CELEBERRIMÆ

REIPUBLICÆ

HAMBURGENSIS,

DOMINIS AC FAVTORIBVS SVIS MAXIME COLENDIS,

JOACHIMVS JOH. MADERVS

SALVTEM ATQVE OMNIGENAM PROSPERITATEM.

TANTUS est hodie, MAGNIFICI NOBILISSIMIQUE VIRI, inclytæ Urbis Vestræ splendor, tanta gloria, ut optimo Ipsi tribuatur jure, quod de Athenis, altero illo quondam Græciæ ocello, Veronensis scripsit Plinius: *Libera hæc est civitas, nec indiga ullius præconii amplius, tanta claritas superfluit.* Sive enim vetustatem Illius, ac Conditorum illustre nomen, sive præsentem Ejus magnitudinem & Martia respicias propugnacula; vel populi frequentiam, merciumque varietatem; aut ædificiorum magnificentiam, atque divitiarum & annonæ copiam: adeo non inter Saxoniæ solum, sed universæ etiam Germaniæ, ne dicam Europæ, præfulget urbes, ut, si non in multis vincat plerasque palmam tamen ipsis faciat ambiguam. Certe vel solius navigationis in remotissimas quasque terras, ac negociationis in iisdem felicissimæ, beneficio, tantum sibi peperit existimationis, ut Ausonianum illud Narbonæ Encomion in Vestram hanc longe jam quadret rectius:

Te maris Eoi merces & Iberica ditant
Æquora; te classes Libyci, Siculique profundi,
Et quicquid vario, per flumina, per freta, cursu
Advehitur, toto tibi navigat orbe κατάπλους.

Præsertim cum vix ullus quidem terræ cultioris angulus, aut maris navigabilis reperiatur sinus, quem non

celeberrimi nominis Illius fama impleverit. Quanquam vero hæc magna satis, atque ita magna, ut unumquemque vel audientem, vel legentem, vel oculis animove contemplantem, rapere in stuporem possint: tantum tamen abest, ut, quicquid ex ejusmodi ornamentis consequitur gloriæ, illius proprium censeri queat; ut istud potius nunc situs commoditati, nunc fortunæ, illi rerum humanarum dominæ, modo huic, modo alii benignæ, quis putet adscribendum. Hæc demum Ejus propria laus est, hoc præcipuum decus, quod ne ipsa quidem Roma vel Constantinopolis, *reginæ* quondam *hujus pulcherrimæ mundi*, Ipsi valent præripere: propter quod excelsum in gentibus nomen Ejus, non Historicorum tantum libris, ad exigui temporis memoriam, sed cœlo atque æternitati est insertum: quod ex ea, velut ex Equo Trojano, prodiere olim innumeri, non Græciæ Principes ad Ilium invadendum, *vino somnoq; sepultum*; verum ipsius Dei ministri, Jesu Domini nostri martyres, *justitiæ lorica, fidei scuto, galea salutis, & gladio spiritus armati*, insonantes Aquilonari orbi, vitiorum somno immerso, illud Apostoli: *Excitare qui dormis, & surge à mortuis, & illucescet tibi Christus!* Quos nulla unquam vis, nullæ minæ, nulli terrores, ac diriſſima quæque supplicia, ab illius gentibus immanissimis metuenda;

Ungula, carnifices, tortores, flagra, catenæ;

vel minimum potuerunt de suo cursu ac studio dimovere, us-

re, usque quo propagaretur per eos Domini nomen ad fines orbis terræ. *Incomparabiliter* siquidem *pulchrior est veritas Christianorum, quam Helena Græcorum*: ut quam optime alicubi B. Augustinus; *ut multo fortius nostri martyres adversus hanc Sodomam, quam pro illa isti Heroes adversus Trojam dimicare* necesse habuerint. Quapropter hoc assecuta etiam eo ipso est, ut *fœcundissima gentium mater*, ut *omnium septentrionalium nationum* audiat *Metropolis*: ibi solum modo ponens *Evangelizandi silentium, ubi mundus habet terminum.* Per quam *ferocissimus & Danorum, & Nordmannorum, & Sveonum* populus, ut Adami utar verbis, *qui, juxta B. Gregorium, nihil aliud scivit, nisi barbarum frendere, jamdudum novit in Dei laudibus Alleluja resonare; ut à solis ortu & occasu, ab Aquilone & mari, laudabile sit nomen Domini: & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patris, cum Patre & Spiritu S. vivens & regnans per omnia secula seculorum.* O terque quaterque felicem civitatem, ac felicioremlonge, quam felicissima fieret, quæ tanto gaudet elogio!

Quod non imber edax, non Aquilo impotens
Possit diruere, aut innumerabilis
Annorum series, & fuga temporum.

Ipsos illos beatissimos martyres, *qui ex tot afflictionibus venerunt*, quibus oppressa Ea atque exhausta aliquoties in primis suis incunabulis est, *& lavarunt stolas suas, ac dealbarunt in sanguine Agni*; quæ eximia illorum, adhuc in mili-

militante Ecclesia hîc constitutorum, erga Eandem fuit charitas; videre mihi videor pro Illius salute atque incolumitate, tot gravissimis periculis inter has mundi procellas etiamnum expósita, preces in desinenter ad Deum fundere, tanto dubio procul efficaciores, quanto & mente nunc puriores, & propinquiores eidem sunt, *stantes ante thronum ejus, ac servientes ei die ac nocte in templo ejus*: ut mirum nequaquam sit, quod jam adeo *gloria & honore* multi modis *coronetur*, quæque *cum lacrymis seminavit* quondam, *cum exultatione metat*. Cæterum ne hic modum Epistolæ excedam vel potius laudatissimam Urbem Vestram, divino dono auream, meis obolis ditare velle videar: sisto pro me Magistrum ADAMUM, Scriptorum quidem, quotquot unquam res Illius gestas Latinis literis illustravere, omnium primum; eoque magis ἀξιόπιστον, quod & summa cura atque religione, prout ex proœmio ipsius patet, in Historia hac sua concinnanda usus est, & iis temporibus vixit, quibus ille ab Imperatore Ludovico vere Pio, ejusque successoribus ac Pontificibus Romanis, in Eam devolutus ac stabilitus METROPOLEOS HONOR consvetudoque mittendi in Boreales regiones Doctores atque Episcopos, in Illa, atque inclyta BREMA, Filia Ipsius perdilecta, præcipue viguit: id quod ea de re in perpetuam Earum gloriam, plenis, quod ajunt, buccis uberrime prædicavit. Quem proinde Vobis,

Magni-

Magnifici, Consultissimi, Amplissimique Viri, quod sub nullius rectius, quam Vestris nobilissimis nominibus, emitti queat, ea, qua fas est, reverentia DO, DICO, CONSEGRO: maximo rogans opere, ut placida ipsum fronte recipere, meque serios inter præstantissimarum virtutum Vestrarum cultores censere benevole velitis. Deum autem ter maximum humili invoco prece, ut Vos, tantæ Urbis moderatores non minus felicissimos, quam prudentissimos, salvos atque incolumes quam diutissime servet, consiliisque Vestris ex alto benedicat, quo ILLVSTRE HAMMABVRGVM æternum sit maneatque ἄμαχον καὶ πύργος, *invicta turris à facie inimicorum*: atque magis magisque lætioribus gaudens successibus, novis indies clarius exsplendescat incrementis. Dabam Scheningæ, Kal. Januariis, ANNO, quem *Magnificentiis Amplitudinibusq. Vestris* quam maxime faustum fortunatumque precor, CIↃ IↃ C LXX.

CON-

CONTINENTVR HOC LIBRO

I. M. ADAMI, Canonici BREMENSIS, HISTORIA ECCLESIASTICA, religionis Christianæ, per Septentrionis potißimum regna, propagatæ gesta, à KAROLO M. ad HENRICVM IV. usq;, libb. IV. repræsentans à pag. 1. ad 138.

II. EIVSDEM AVCTORIS de situ DANIÆ, & reliquarum Septentrionis provinciarum, liber. à pag. 138. ad 163.

III. ANONYMI cujusdam, sed vetusti itidem scriptoris, in ADAMVM Scholia. à pag. 164. ad 174.

IV. DIPLOMATA XXIV. vetusta, ADAMVM diversis in locis quam maxime illustrantia, & partim nunc primum edita. à pag. 175. ad 234.

V. EBONIS Archiepisc. Remensis, cujus Adamus, ut turbatoris pacis publicæ, pag. 21. meminit, APOLOGIA. pag. 236.

VI. Ejusdem EBONIS LEGATIO adgentes Septentrionales, cujus Auctor meminit pag. 17. cum præcedente Apologia, nunc primum ex COD. MSto Bibliothecæ IVLIÆ edita. pag. 246.

VII. RECAPITVLATIO eorum, quæ ab ADAMO prolixius sunt memorata, ex Annalibus Auctoris incerti. pag. 150.

IIX. INDEX rerum, in Adamo contentarum, copiosus.

JOACHI-

IOACHIMI IOHANNIS MADERI AD LECTOREM AMICVM PRÆFATIO.

ADAMVM, *Benevole Lector, nunc etiam accipe, eo vultu, quo hactenus & alia mea, sive in simili, sive in diverso scriptionis genere excipere solitus es; hoc est, hilari & sereno. Meretur hoc Scriptor eximius, & qui ab amore atque odio, sicut ipse profitetur, quam maxime alienus, (qui proprius Historici boni est character) eam nobis Historiæ partem explicatam dedit, quam vix unus atq; alter ante ipsum primoribus alias digitis attigerat: ut, nisi hic ipse manum scriptioni admovisset, multarum & maximarum quidem rerum memoria omnino fuisset peritura. Absq; hoc enim si fuissemus, non* Helmoldus, *non* Albertus, *qui dicitur* Stadensis, *non* Crantzius, *haud contemnendi utiq; Scriptores, habuissent, quibus non uno loco narrationes suas potuissent vel firmare, vel exornare; ut qui hujus sæpissime verbis, quanquam dissimulato ut plurimum nomine, non versus, sed paginas quandoq; integras expleant. Vixit autem Adamus noster, seculo post natum Christum XI.,* Canonici *in Ecclesia Bremensi gaudens honore. Sic enim ipse semet in vestibulo plane operis: mox vero a* Indignissimum Ecclesiæ Dei matricularium *vocat: quæ vox inter alia nunc simpliciter* Canonicum, *ut matriculæ Ecclesiæ insertum: quomodo & in Glossario Latino Theotisco:* Matricularius *exponitur* Tuompfaffo; *nunc una* Custodem Ecclesiæ *notat, ut est* a. lib. 3. c. 4

)():(in

in alio Lexico antiquo, einen Köſter: *qua ratione etiam Antonius Nebriſſenſis.* * Matricularius dicitur, habens officium pulſandi campanas. *Nempe ſic ſatis vel ex hodierno Eccleſiarum Cathedralium uſu conſtat, in Canonicis illarum quosdam ſimul munere aliquo honorato fuiſſe inſignes: qualia, præter* Decani *ac* Præpoſiti, *ſunt* Scholaſtici, Cantoris, Cuſtodis, *&c. Nam ita etiam in Diplomate vetuſto* b Alberti *Comitis ſubſcripſere:* Henricus, Decanus Hamburgenſis & Canonicus; Gerhardus Cuſtos. *Et in alio* Gerhardi *Archiepiſcopi* c *Anno* 1223. Johannes Præpoſitus, Gerhardus Cuſtos: *Vt plura ejus generis afferre nunc ſuperſedeam. Quamvis* Magiſtri, *qui ipſi tribuitur titulus, & Canonicis eum Scholis deinceps præfuiſſe, videatur arguere. Patria ipſum* Thuringum, vel potius Miſenum *fuiſſe, conjicit Cl. Meibomius in Vindiciis Billingianis,* d *atq; jam olim ex* nominibus propriis, quæ, dum ad ſuam voluit aptare linguam, corruperit, è ſuperiore Germania *fuiſſe, ſcripſit* Auctor, *quem una bic exhibemus,* Scholiorum vetuſtus, e *paululum Adamo ratione ætatis inferior.* Bremam *vero* ſe veniſſe, *ait,* f anno Adelberti XXIV. *qui fuit æræ Chriſtianæ CIↃLXVII. quando idem ille Archiepiſcopus quinq; tantum annis ſupervixit. Vnde & in Præfatione ſua ad* Liemarum, *qui in demortui Adelberti locum ſuffectus eſt,* ſe nuper à deceſſore ejus collectum; *& alibi,* g ſe noviſſimis Adelberti temporibus Bremam veniſſe, *ſcribit. Fuit autem hic ipſe* è Comitibus VVetinenſibus, *ut vult laudatus modo* Meibomius *dicto loco; vel, ut Chronici* Gozecenſis

Auctor

* In Vocab. Iuris.

b Apud Lambecium Or. Hamb. li. p. 112.

c Ib. p. 115.

d pag. 307. ed. Helmſt. 1660.

e ad p. 156. num 101.

f lib. 3. c. 5.

g lib. 4. c. 16.

Auctor, h *quem una cum* Montis-Sereni *edidimus*, de nobilissima antiquorum Saxonum & Francorum prosapia *oriundus*: *cujus* fratres Dedo, (*qui Decius perperam nostro audit,*) *&* Fridericus, Palatini Comites, & regalium decretorum maximi Principes, *eidem dicuntur*: *à quibus etiam Cœnobium* Gozeka *ad Salam fluvium fundatum, atq;* Ecclesiæ Bremensi subjectum *est; sicut* Adamus *etiam tangit lib 3. cap. x. diploma autem fundationis in eodem illo* Chronico, i *&* *apud* Lindenbrogium *inter* Privilegia Ecclesiæ Hamburgensis, † *uberius exponit.* *Quam vero alias etiam Ecclesiæ suæ rebus invigilaverit; vel hoc ostendit, quod non contentus* Archiepiscopi universarum Septentrionalium nationum titulo; *quodq;* k per totum Aquilonem, in quibus oportunum videbatur locis, invitis etiam regibus Archiepiscopatus constitueret, ordinaretque Episcopos ex capella sua, quos vellet electos; *postremo* l in Hammaburg Patriarchatum efficere, *qua pollebat apud* Henricum *Imp. ejus nominis IV.*, Suenonem *Daniæ regem, atq; ipsum* Papam Romanum, *auctoritate & gratia*, aperte laboraverit; *nisi mors, & quæ illam vel præcessit, vel mox subsecuta est, civitatis eversio, hos omnes conatus ejus disturbasset.* *Vtraq;* *vero, non, ut* rei Slavicæ scriptor anonymus m *censet,* *Anno Christi* 1076. *sed ut rectius* Adamus, n *anno* 1072. *contigit*; *quando item* bis incensam urbem, & bis vastatam *à paganis scripsit* Adamo σύγχρονος Lambertus Schaffnaburgensis; *quæ* sextum & septimum Hammaburgi propter Christianam religionem numerantur excidia

h pag. 107. ed. Helmst. 1665.

i pag. 210.

† pag. 159.

k Adamus l. 4. c. 46.

l Idem lib. 4. c. 24.

m Infra p. 251.

n lib. 4. cap. 31.

à Nobilissimo Lambecio. o *Et quidem hæc ipsa tantum illi inter alia attulere damni, ut* Brema *hactenus* filia, *præ* matre, *velut ex tantis calamitatibus nunquam posthac emersuræ, inciperet caput extollere, atq; transferre ad sese metropoleos honorem:* desinente *una pedetentim* & legationis superioritate, quæ sub titulo Hamburgensi debebatur: sive, quod ex die constitutorum in provinciis Aquilonaribus Archiepiscoporum is inciperet aboleri, quando retraxerunt obedientiam sedi Hamburgensi; *ut auctor est* Albertus Cranzius *lib. 5. Metropol. cap. 31. Iam enim vivente adhuc Adelberto, (ut hoc obiter, sed non præter rem) id egerat Daniæ Rex Sveno,* ut Christianitate in fines terræ dilatata, *institueretur* in regno suo Archiepiscopatus. p *Quod triginta circiter annis post, sive circa initium seculi post natum Christum XII.* propter censuram & excommunicationem, à Liemaro temere & inconsiderate adversus ipsum decretam, *ut vult* Cypræus *in Annal. Slesvicensibus,* q *impetravit tandem* Ericus *cognomento* Eigoth, *seu* totus bonus, *ut explicat* VVormius, r *cum* in expeditione, quam in terram sanctam suscipiebat, Romam veniens, Ecclesiæ Lundensi Archiepiscopum, & primatum, *teste* Erico *Pomerano,* s super tria regna obtineret: *id quod apud* Ericum Ubsalensem, *quoq; legas, Historiæ Suecorum lib. II.* t *Etiam* Svedia, *si* Johanni Magno u *credimus, tempore* Amundi, filii Olavi Schotkonung (*ita dicti,* x *quod, post mortem patris Erici, Sueoniæ præfectus, in gremio adhuc portaretur*) Archiepiscopum ex Polonia acceperat, qui in controversiam

o In Auctar. lib. 1. orig. p. 589.

p Adamus lib. 3. c. 14.

q cap. 18.

r Notis ad seriem I. Daniæ regum p. 15. s p. 300. ed. Lindenbr. t p. 42 ed. Holm. 1654 u ap. Olaü Magnum lib. 2. c. 19.

x Sic Olaus Verelius, Not. ad Gothicum p. 79. Alii aliunde deducunt.

sia m cum Gothis & Archiepiscopo Bremensi de præeminentia devenerat: *nisi hic fortassis* Osmundus *ille est, cujus* Adamus ut gyrovagi & impostoris *lib. 3. cap. 15. mem init. Quanquam ne sic tamen acquieverint statim* Liemarus *ejusq; successores, velut ex supradictis Privilegiis, ab* Erpoldo Lindenbrogio † *in lucem, protractis patet: In quibus & illud* Friderici Imp. *ejus nominis I. est, quod nos ultimo loco in hac editione posuimus, quo* Hartvvicus, *tum temporis Hammaburgensis Archiepiscopus, ab* Adelberto *quintus, contra nuper electum Daniæ regem* VValdemarum I. in conventu, quem Francofurti *anno* 1158. *Imp. habuit, se dubio procul voluit munire. Siquidem is* y propter generis nobilitatē duplici principatu clarus (*Rudolphi namq; Marchionis erat filius*) *præ aliis decessoribus suis* magno studio pro recuperandis terrarum illarū suffraganeis Episcopis enisus *est: adeo ut, cum anno deinceps* 1163. *idem Imperator* Bisontii (*pro quo* Laonnam *habet Helmoldus;* z Leonam super fluvium Saonam in Episcopatu Bisontino, *Gotfridus Monachus;* a Metin *Saxo Grammaticus* b *& Ericus Pomeranus* c) generalem congregaret Synodum, in qua & Victor tum pro summo Pontifice se gerens adesse t; eo etiam veniret Hartvvicus; conquerens ibidem, *refero hoc jam verbis Alberti Stadensis,* d quod tria regna, Daciæ, Sveciæ, Norvvegiæ se de sua sede abstraxerint violenter, cum jure deberent suam synodum observare: *sive ut Cranzius idipsum tradit:* e Quod Ecclesia sua olim legationis dignitate super omnia Aquilonis regna prædita, misere per Roma-

† Tomo rerū Septentrion. edit. Francof. 1609. pag. 170 & seq.

y Histor. Archiep. Brem. ap. Lindenb. p. 55.

z lib. 1. cap. 100.

a In Annal. ap. Freher. ad an. 1162.

b lib. 14. pag. 302.

c Ap. Lindenbrog. pag. 303.

d Ad annum 1163.

e lib. 6. Metrop. c. 46.

nos Pontifices esset despoliata, cum tribuissent provinciis illis suos Archiepiscopos, non reservato jure Archiepiscopi Hamburgensis. *Licet* in quæstione sua nihil profecerit, *eludente non ipsum modo, sed totum concilium, qui una ibi præsens erat, VValdemaro rege; ceu ab illo statim subjungitur.* Adamus *sane noster, ut è diverticulo tandem in viam redeamus, ista tempora oculis usurpavit suis, quibus sæpe nobis citatus* Adelbertus *Archiepiscopus* f multo magnificentius quam cæteri, potentiam Archiepiscopalem longe lateq; in exteras protendit nationes: *ut non alio ad scribendam Historiam hanc suam incitamento videatur impulsus, quam ut hoc suo labore* exhaustæ *mox* viribus matri, g *sive*, antiqui honoris privilegio nimis extenuatæ Hammaburgensi Ecclesiæ; sanctissimos *illos* Patres commemorando, per quos eadem exaltata, & Christianitas in gentibus dilatata esset, *nonnihil opitularetur, atq; vel hac saltem ratione illam* è solitudine, *in quam per incendia ac vastationes Slavorum, post* Adelberti, *ut diximus, mortem erat* redacta, h *in lucem & aspectum educeret, ejusq; memoriam, grata prædicatione prorogaret atq; extenderet. Quod ut tanto rectius præstaret, monumenta omnia, vetera, nova, sibi excutienda duxit; nunc* Archivum i *Bremensis* Ecclesiæ *inspiciendo, nunc,* quæ per schedulas dispersa *jacebant,* colligendo, *quæq; inde hauriri haud poterant,* ex historicis *supplendo, modo &* Seniores, quibus res nota esse *poterat, consulendo: in quibus,* quod gentium conversionem attinet, k Sveno *rex, quem* Estritium *vocant scriptores Danici, merito reputandus: cujus proinde haud semel honorificam mentionem facit. Quanquam ne sic quidem scopum ita semper sit assecutus, ut non (prout juvenes, pendere ex seniorum more ut plurimum solent) illorum quandoque auctoritati plus æquo inhærendo, aberrasse ab eodem, atq; cum iisdem errare maluisse, quam in rerum veritatem diligentius inquirere, censeri queat: sicut exemplis haud paucis demonstrari à nobis posset, si per alia negotia id ipsum liceret, vel integrum esset. In quibus vero principem locum jure ducit, quod de* Hermanni Billingi, *primi in Saxonia Borealí Ducis, à quo ratione maternæ stirpis, cum Serenissimi* Brunsvicensium ac Luneburgensium; *tum* La-

ven-

f Adamus lib. 4. c. 41.

g Verba hæc ejusdem sunt in præfat. ad Liemarum.

h Idem lib. 2. c. 8.

i Vide rursum præf. pag. 3.

k Vide cũ primis lib. 4. cap. 16.

venburgii *Duces, atq;* Anhaltini *Principes. originem suam arcessunt, natalibus obscuris (figmento jamdudum peculiari libro à Celeberrimo* Meibomio *explosso, ac porro ab Amico meo magno* Johan. Henrico Hoffmanno, *in aula Serenissimi Brunsvic. ac Luneb. Ducis Hannoverana Archivario meritissimo, in accuratissimo, quod de* Insignibus Celsissimæ illius Domus *edere parat opere, pluribus explodendo) inconsulto ac temere protulit, præsertim cum eo & alios, qui exscribere, ut supra monuimus, ipsum amant, in similem errorem pertraxerit. Cæterum cum primus, quod ego sciam,* Adamum *cum notis ediderit* M. Andreas Velleius, *Historicus quondam Regius, & antiquitatum Danicarum (quo elogio ipsum mactat Vir eruditus* Stephanus Ioh. Stephanius 1) *indagator diligentissimus: atq; post hunc eandē spartam bis exornandam susceperit, Vir non minus de Germaniæ, quam Septentrionis Historia, optime meritus, quē sæpius ante adduximus,* Erpoldus Lindenbrogius: *quod ab Antiquitatis amantibus desiderari cum magnopere; interim vero non prostare usquam amplius illa postrema rū duarū, nedum Danicæ editionis, exemplaria, animadvertē; non ingratum Tibi fore, AMICE LECTOR arbitratus sum, si eundem redivivum quasi in publicum prodire ex intervallo juberem. Quod dum quidem facere, quatenus id fieri à me, per absentiam ab operis typographicis, potuit, annitor sedulo; sic insistere me scias velim* Lindenbrogianæ *editioni primæ,* Lugduni Batavorum *ex* Bibliotheca *Perillustris Herois,* Henrici Ranzovii *Producis Cimbrici,* Bredenbergensi *adornatæ,* m *atq; cum* Velleiana *diligentissime collatæ; ut quam illa observat distinctionum in capitibus differentiam, nec ego prætermittam: sed* Andreæ Velleii *exemplaris, numeris minusculis barbaris,* Ranzoviani *vero MSti* capita *majusculis Latinis, significem; deinde ad quem locum* Scolia Vetusta *Auctori subnexa, pertineant, numeris itidem barbaris, sed paulo majoribus notem, ac, quæ similiter in finem Codicis rejectæ erant,* lectiones varias, *in margine suo statim loco repræsentem. De* Diplomatis *vero* vetustis *hoc tantum addo, me illa solum hic produxisse, quæ ad* Adamum *illustrandum quam maxime visa sunt idonea; eaq; partim à Viris Clarissimis, quorum nomina adscripsi, jam ante fuisse edita, partim à Magnifico Viro, Dn.* Hermanno Conringio, *nunc primum benigne mihi esse suppeditata:* Ebonis *etiam* Remensis Apologiam & Legationem *ex Illustris* Academiæ Iuliæ Bibliothecæ *haud vulgaris notæ* MSto Codice *esse depromta. Quibus Te Dei omnipotentis patrocinio, me vero favori ac benevolentiæ Tuæ, etiam atq; etiam commendo.*

DE

1 Notis in Sax. Gram. pag. 210.

m Edita est Lugd. Bat. 1595. in 4to. Cui altera successit Francofurti ed. in Fol. cum aliis Septentrionalium rerum Scriptoribus, anno 1609.

DE ADAMO BREMENSI
V.CL. GERHARDI JOHANNIS VOSSII COMMENTATIO
Lib. II. De Histor. Latinis, Cap. XLVII.

pag. 386. edit. Lugd. Bat. 1651.

MADAMVS, Bremensis Canonicus, *historiam* vulgavit *Ecclesiasticam* de religione per diœcesin *Bremensem*, & *plagam Septentrionalem universam*, propagata â temporibus *Karoli M.* usque ad *Henricum* IV. hoc est annis amplius trecentis. *Possevinus* ait, vixisse tempore *Benedicti* VII qui anno Ɔ.CCCC.LXXXIV ad pontificatum est evectus. Sed fallitur: Uti &, cum *diversum* putat *ab* Adamo *vetere historico*; *qui in scriptis suis vitam retulit B. Ansgary*. Nam eam in Adamo hoc legas. Veram ætatem ejus cognoscimus inde, quod lib. IV cap. XVI. referat, *Bremam se venisse novissimis temporibus Adalberti Archiepiscopi*: quodque libro III cap. V. ait, anno ejus XXIV. hoc est Christi CIↃ LXXVII, *factum se Bremensem Canonicum*. sive, ut ipse loquitur, *indignissimum Ecclesiæ Dei matricularium*. Alterum quoque suppetit argumentum. Quippe opus hoc dedicat *Liemaro*, qui *Adalberto* successit. Liquet hoc, non ex præfatione duntaxat: sed etiam verbis istis Lib. III. cap. I. *De cujus viri* (Adelberti) *gestis & moribus, cum difficile sit aliquid dignum scribere; ad scribendum ea nos cogit necessitas; quoniam promisimus libelli hujus tenorem, ô venerande Præsul Liemare, usque ad diem tui pontificatus extendere.* Item ex epilogo, quem carmine fecit ad *Liemarum*: ex quo & discimus, juvenem hoc opus lusisse. Sic enim inter alia ait:

Ergo fave votis, parce & juvenilibus ausis.

Meminit hujusce scriptoris *Helmoldus* in Chronicis Slavorum lib. I. cap. XIV: *Testis est magister Adam, qui gesta Hammenburgensis Ecclesiæ Pontificum disertissimo stylo conscripsit: qui cum commemoret Slaviam in duo de viginti pagos dispertitam, affirmat, præter tres, omnes ad fidem Christi conversos.* Quæ apud *Adamum* legas lib. II. cap. XVII. E recentioribus ejus sæpe meminit *Baronius*: cui ad annum Ɔ.CCCC.LXXX vocatur *sincerus chronographus*: item ad annum Ɔ.CCCC.LXXXIII *probatæ fidei vetus chronographus*: similiaque istis alibi habet.

BEATIS-

BEATISSIMO PATRI ET ELECTO COELITVS

ARCHIEPISCOPO HAMMABURGENSI LIEMARO

A. minimus sanctæ Bremensis Ecclesiæ Canonicus integræ devotionis parvum munus.

CVm in numerum gregis vestri, pastor Evangelice, nuper à decessore vestro a *colligerer, sedulo operã dedi, ne proselytus & advena tanti muneris beneficio ingratus existerem. Mox igitur, ut oculis atque auribus accepi Ecclesiam* b *vestram antiqui honoris privilegio nimis attenuatam, multis egere constructorum manibus, cogitabam diu, quo laboris* c *vestri monumento exhaustam viribus matrem potuerim juvare. Et ecce occurrunt mihi plurima interdum legenti vel audienti facta ab antecessoribus vestris, quæ*

a Al. prædecessore.

b nostram.

c nostri.

tum sui magnitudine, tum Ecclesiæ hujus necessitate videantur digna relatu. Sed quoniam rerum memoria latet & pontificum loci non est tradita literis historia, fortasse dixerit aliquis, aut nihil eos dignum memoria fecisse in diebus suis, aut si fecerant quippiam, scriptorum qui hoc posteris traderent diligentia caruisse. Hac ego necessitate persuasus appulime ad scribendum de BREMENSIVM sive HAMMABVRGENSIVM serie præsulum, non alienum credens meæ devotionis officio, seu negotio vestræ legationis, si, cum sim filius Ecclesiæ, sanctissimorum patrum, per quos Ecclesia exaltata, & Christianitas in gentibus dilatata est, gesta revolvo. Ad quod nimirum valde arduum & viribus meis impar onus, eo majorem flagito veniam, quo fere nullius qui me præcessit vestigia sequens, ignotum iter quasi palpans in tenebris carpere non timui, eligens in vinea Domini pondus diei ferre & æstus, quam extra vineam stare otiosus. Tuo igitur, sanctissime præsul, examini audacter incœpta committo: te judicem simulque defensorem imploro, sciens tibi pro sapientia tua nihil dignum posse deferri: qui decurso mundana prudentiæ stadio, ad

studium

ſtudium divinæ philoſophiæ majore nunc aſcendiſti gloria, terrena deſpiciens, & ſola cœleſtia meditans. Cumque doctrina d *& veritate, hoc eſt verbo & exemplo paſtorali, facile multos excellas, præcipua eſt in virtutibus tuis humilitas, quæ omnibus te communem faciens, mihi quoque fiduciam dedit, qua balbutiens audeam cum Philoſopho loqui, & Saul inter prophetas videri. Scio tamen aliquos, ut in novis rebus fieri conſuetum eſt, adverſarios mihi non defuturos, qui dicant hæc ficta & falſa veluti ſomnia Scipionis à Tullio meditata; dicant etiam, ſi volunt, per eburneam portam Maronis egreſſa. Nobis propoſitum eſt non omnibus placere, ſed tibi pater & Eccleſiæ tuæ. Difficillimum eſt enim invidis placere. Et quoniam ſic æmulorum cogit improbitas, fateor tibi quibus ex pratis defloravi hoc ſertum, ne dicar ſpecie veri captaſſe mendacium. Itaque de hiis quæ ſcribo*, aliqua per ſchedulas diſperſa collegi, multa vero de hiſtoriis mutuavi, e & privilegiis Romanorum, pleraque omnia ſeniorum, quibus res nota eſt, traditione didici, teſtem habens veritatem, nihil de meo corde propalari, nihil temere definiri; ſed omnia quæ poſiturus ſum certis roborabo

d Al. ſtudio.

e Al. mutuatus.

borabo testimoniis, ut si mihi non creditur, saltem f auctoritati tribuatur. *In quo opere talibusque ausis sciant omnes, quod nec laudari cupio ut historicus, nec improbari metuo ut falsidicus. Sed quod bene ego non potui, melius scribendi cateris materiam reliqui. Ab introitu sancti* Willehadi *cum* Saxonia *tota & armis subacta Francorum, & divino cultui mancipata est, ordiens, in tuo salutari ingressu pono metam libelluli, simul omnipotentis Dei misericordia supplicans, ut qui te populo suo diu erranti & afflicto pastorem constituit, annuat etiam tua opera tuisque diebus, ea quæ inter nos sunt prava corrigi, & correcta perpetuo conservari. Ad hoc quæ in gentium conversione à prædecessoribus tuis strenue dudum incepta sunt, à te, qui hæreditariam prædicandi legationem possides, in totam septentrionis latitudinem mature perfici concedat Iesus Christus, Dominus noster, cujus regni non est finis, per omnia secula seculorum. Amen.*

f Alii auctoritati fides tribuatur.

M. ADA-

M. ADAMI HISTORIA ECCLESIASTICA.

LIBER PRIMUS

Cap. I.

HIstoriam Hammaburgensis Ecclesiæ scripturi, quoniam HAMMABURG nobilissima quondam Saxonum civitas erat, non indecens aut vacuum fore putamus, si prius de gente Saxonum & natura ejusdem provinciæ ponemus ea, quæ doctissimus vir *Einhardus* aliique non obscuri auctores in scriptis suis reliquerunt. *Saxonia*, inquiunt, pars non modica est Germaniæ, & ejus quæ à *Francis* incolitur duplum in lato putatur habere, cum ei longitudine possit esse consimilis. Positio ejus recte metientibus trigona videtur, ita ut primus angulus in austrum porrigatur, usque ad *Rhenum* flumen. Secundus vero inchoans à maritimis *h Hadeloe* regionis, longo secus *Albiam* limite protenditur in orientem usque ad *Salam* fluvium. Ibi est angulus tertius. Itaque ab angulo in angulum habens iter octo dierum, præter eam partem Saxoniæ, quæ trans Albiam supra incolitur à *Sorabis*, infra autem à *Nordalbingis*. Saxonia viris, armis & frugibus inclyta, excepto quod raris intumescit collibus. Tota vero declivis in planiciem consideratur, sola caret vini dulcedine, alia omnia fert usui necessaria. Ager ubique fertilis, compascuus & sylvestris. Qua *i Thuringiam* accedit, aut *Salam* vel *Rhenum* fluvios, ibi prorsus opimus. Cæterum juxta *k Fresiam* palustris & aridus, prope *Albiam* degenerat aliquantum. Jocunda ubique, nec mirum, cum oportuna provinciam riget amnium copia.

I.

g Al. Eginhardus, & sic deinceps.

h Hadeloe.

i Thiringiam.

k Frisiam.

Cap. 2.

CAP. II.

Nobilissimi Saxoniæ fluvij sunt *Albis*, *Sala*, *l VVisura*, qui & *VVirraha* nuncupatur. Is in *Thuringia* saltu fontem habet,

l Al. Visuris qui nunc Visu-

ra vel Virraha.

habet, quemadmodum & *Sala:* deinde mediam cursu pertransiens Saxoniam, in vicino *Fresonum* sortitur occasum. Verum maximus *Albis*, qui nunc *Albia* nomen habet, etiam Romanorum testimonio prædicatur, cujus ortum ferunt trans *Bohemiam*; mox *Slavos* dirimit à Saxonibus. Juxta *Magdaburg* in se recipit *Salam* fluvium, nec longe ab *Hammaburg* ipse *Albia* mergitur in Oceanum. Quartus ex magnis Saxoniæ fluminibus est *Emisa*, qui Westvalos à reliquis illius provinciæ dirimit populis. Isque oritur in saltu *m Padarburnensi*; currit autem per medios Fresonum terminos in Oceanum Britannicum.

m Padarbornensi.

CAP. III.

Cap 3.

Quærentibus autem qui mortales ab initio Saxoniam coluerunt, vel à quibus gens hæc primo finibus sit gressa, compertum est nobis ex multa lectione veterum, istam gentem, sicut omnes fere populos, qui in orbe sunt, occulto Dei judicio non semel de regno ad populum alterum fuisse translatos, & ex nomine victorum provincias quoque vocabula sortitas. Quippe, si Romanis credendum est scriptoribus, primi circa Albiam, & in reliqua Germania *Suevi* habitarunt, quorum confines erant qui dicuntur *Driades*, *Bardi*, *Sicambri*, *Huni*, *Vandali*, *Sarmatæ*, *Langobardi*, *Heruli*, *Dacæ*, *Marcomanni*, *Gothi*, n *Nordmanni & Slavi*. Qui propter inopiam soli natalis, contentionesque domesticas, aut sicut dicitur, minuendæ multitudinis causa à loco suo egressi, totam simul *Europam* inundaverunt & *Africam*. De antiquitate vero Saxonum meminit *Orosius* & *o Gregorius* ita; *p* Saxonum, inquiunt, gens ferocissima, virtute, & agilitate terribilis, in Oceani littore habitat, inviis in accessa paludibus, quæ periculosam tunc Romanis finibus irruptionem meditans, à Valentiniano Imperatore oppressa est. Deinde cum occuparent Gallias Saxones, à Sagrio duce Romanorum victi sunt, & insulæ eorum captæ. Igitur *Saxones* primo circa Rhenum sedes habebant & vocati sunt *Angli*, quorum pars inde veniens in Britanniam,

n Normanni.

o Al. Gregorius Turonensis.

p Saxones.

Roma-

Romanos ab illa depulit insula. Altera pars Thuringiam oppugnans tenuit eam regionem. Quod breviter conscribens *Einhardus*, tali modo suam ingreditur historiam.

Cap. 4. Saxonum gens, inquit, sicut tradit antiquitas, ab Anglis Britanniæ incolis egressa, per Oceanum navigans, Germaniæ littoribus studio & necessitate quærendarum sedium appulsa est, in loco qui vocatur *q Hatheloë*. Eo tempore quo *Thidericus* rex Francorum contra *Hirminfridum* ducem Thuringorum generum suum dimicans, terram eorum crudeliter ferro vastavit & igne, & cum jam duobus præliis ancipiti pugna incertaque victoria mirabili cæde suorum decertassent, *r Theodoricus* spe vicendi frustratus, misit legatos ad Saxones, quorum Dux erat *s Hadugatus*, ut audivit causam adventus eorum, pollicitisque pro victoria cohabitandi sedibus, conduxit eos in adjutorium. Quibus secum quasi jam pro libertate & patria fortiter dimicantibus, superavit adversarios, vastatisque indigenis, & ad internecionem pene deletis, terram eorum, juxta pollicitationem suam, victoribus delegavit. Qui eam sorte dividentes, cum multi ex eis in bello cecidissent, & pro raritate eorum tota ab eis occupari non potuit, partem illius, eam maxime quæ respicit orientem, colonis tradebant, singulis, pro sua sorte, sub tributo exercendam. Cætera vero loca ipsi possederunt. A meridie quidem *Francos* habentes, & partem Thuringorum, quos præcedens hostilis turbo non tetigit, alveoque fluminis *Vnstrote* dirimuntur; A septentrione vero *Nordmannos*, gentes ferocissimas; Ab ortu solis *Obotritos*; & ab occasu *Frisos*, à quibus sine intermissione vel fœdere vel concertatione necessaria finium suorum spatia tuebantur. Erant enim inquieti nimis, & finitimorum sedibus infesti, domi vero pacati, & civium utilitatibus placida benignitate consulentes. Generis quoque ac nobilitatis suæ, providissimam curam habentes, nec facile ullis aliarum gentium, vel

CAP. IV.

q Hadulohæ.

r Thiedricus.

s Hadugato.

Cap. 5. CAP. V.

vel sibi inferiorum connubiis infecti, propriam & sinceram, tantumque sibi similem gentem facere conati sunt. Vnde habitus quoque ac magnitudo corporum comarumque color, sicut in tanto numero hominum, idem pene omnibus. Quatuor igitur differentiis gens illa consistit, nobilium scilicet, & liberorum, libertorumque atque servorum. Et id legibus firmatum, ut nulla pars in copulandis conjugiis propriæ sortis terminos transferat; sed nobilis nobilem ducat uxorem, & liber liberam, libertus conjungatur libertæ, & servus ancillæ. Si vero quispiam [horum sibi non congruentem, & genere præstantiorem] duxerit uxorem, cum vitæ suæ damno componat. Legibus etiam ad vindictam malefactorum optimis utebantur. Et multa utilia atque secundum legem naturæ honesta, in morum probitate studuerunt habere; quæ eis ad veram beatitudinem promerendam proficere potuissent, si ignorantiam creatoris sui non haberent, & à veritate culturæ illius non essent alieni.

CAP. VI. Coluerunt enim eos qui natura non erant Dii, inter quos præcipue *Mercurium* venerabantur, cui certis diebus humanis quoque hostiis litare consueverant. Deos suos neque templis includere, neque ulla humani oris specie assimilare, ex magnitudine & dignitate cœlestium arbitrati sunt. Lucos & nemora consecrantes, deorumque nominibus appellantes, secretum illud sola reverentia contemplabantur. Auspicia & sortes quam maxime observabant, Sortium consvetudo simplex erat, virgam frugiferæ arbori decisam, in surculos amputabant, eosque notis quibusdam discretos super candidam vestem temere ac fortuito spargebant. Mox si publica fuit consultatio, sacerdos populi, si privata, ipse pater familias precatus Deos, cœlumque suspiciens tersingulos tulit, sublatos secundum impressam ante notam interpretatus est. Si prohibuerunt, nulla de eadem re ipsa die consultatio; si permissum est, eventuum adhuc fides exigebatur. Avium voces & volatus interrogare

proprium

proprium erat illius gentis. Equorum quoque præsagia ac motus experiri, hinnitusque ac fremitus observare. Nec ulli auspicio major fides, non solum apud plebem, sed etiam apud proceres habebatur. Erat & alia observatio auspiciorum, qua gravium bellorum eventus explorare solebant. Ejus quippe gentis cum qua bellandum fuit, captivum quoquo modo interceptum, cum electo popularium suorum, patrijs quemque armis committere, & victoriam hujus vel illius projudicio habere. Quomodo autem certis diebus, cum *t* aut inchoatur luna, aut impletur, agendis rebus auspicatissimum initium crediderunt, aliaque innumerabilia vanarum superstitionum genera, quibus *u* impliciti sunt, observaverint, prætereo. Hæc vero ideo commemoravi, quo prudens lector agnoscat, à quantis errorum tenebris, per Dei gratiam & misericordiam sint liberati; quando eos ad cognitionem sui nominis lumine veræ fidei perducere dignatus est.

t deest Al.

u implicati

Erant enim, sicut omnes fere Germaniam incolentes, & natura feroces, & cultui dæmonum dediti, veræque religioni contrarij, neque divina neque humana jura polluere vel transgredi inhonestum arbitrabantur. Nam & frondosis arboribus, fontibusque venerationem exhibebant. Truncum quoque ligni non parvæ magnitudinis in altum erectum sub *x* dio colebant, patria cum lingua *y* IRMINSUL appellantes, quod latine dicitur *universalis columna*, quasi sustinens omnia. Hæc tulimus excerpta ex scriptis *Einhardi*, *z* de adventu, moribus & superstitione Saxonum, quam adhuc Slavi & Sveones ritu paganico servare videntur.

x dive:

y Irmind. sul.

z Al. deest Einhardi.

Cap. 6. Qualiter, autem gens dura Saxonum ad cognitionem divini nominis pervenerit, aut quibus prædicatoribus ad Christianæ religionis normam pertigerit, explicare locus quærit, si de bello prius *Caroli*, quod cum Saxonibus longo profligatum est tempore, mentionem facimus, & belli causas simul

CAP. VII.

connectimus. *Thuringi* vel *Saxones*, itemque cæteræ quæ juxta Rhenum sunt nationes, ex antiquo *Francis* tributariæ leguntur. Quibus deinde à regno eorum deficientibus *a Pippinus* genitor *Caroli* bellum intulit, quod tamen filius *b* ejus majori felicitate peregit; de quo idem scriptor *c Einhardus* brevi epilogo meminit dicens: Susceptum est igitur bellum adversum Saxones, quod magna utrinque animositate, tamen majore Saxonum, quam Francorum damno, per continuos *d* xxx. annos gerebatur: poterat siquidem citius finiri, si Saxonum hoc perfidia pateretur. Omnibus igitur qui resistere solebant profligatis, & in suam potestatem redactis, ea conditio à rege proposita, & ab illis suscepta est, ut abjecto dæmonum cultu, relictisque patrijs ceremonijs, Christianæ fidei sacramenta susciperent; & Francis adunati, unus cum eis populus *e* efficerentur: tractumque per tot annos bellum ita constat esse finitum. Nunc autem spiritales animarum triumphos ad scribendum succincti, de hiis prædicatoribus, qui ferociſſimos Germaniæ populos ad divinam religionem perduxerunt, tale sumamus exordium.

a Al. Pipinus.
b deest.
c Eginhardus.
d Al. 33.
e efficerentur.

CAP. IIX. Primus omnium qui Australes Germaniæ partes, Idolorum cultui deditas, ad cognitionem divinæ ac Christianæ religionis adduxit, erat *VVinifridus* natione *Anglus*, verus Christi Philosophus, cui postea cognomentum ex virtute erat *Bonifacius*. Et quamvis alij scriptorum vel *Gallum* in Alemannia, vel *f Heimeraminum* in *g* Bavaria, sive *Kilianum* in Franconia, seu certe *h VVillebrordum* in Fresia, priores asserant verbum Dei prædicasse: Hic tamen omnes alios, uti *Paulus* apostolus, studio & labore prædicationis antevenit. Ipse enim, ut in gestis suis legitur, apostolicæ sedis auctoritate fultus, legationem ad gentes suscepit, Theutonumque populos, apud quos nunc & summa Imperij Romani, & divini cultus reverentia viget ac floret, Ecclesias doctrina, virtutibusq;

Cap. 7.

f Hemmeramum.
g Beguaria
h Willebrodum.
Et ita semper.

busque illustravit. *i* Quorum etiam provincias in Episcopatus distribuens, scorsum *Francos* cis Rhenum, *k Hessones* ac *Thuringos* qui Saxonum confines sunt, primitivo quodam laboris sui fructu Christo & Ecclesiæ copulavit. Tandemque à *Fresonibus*, quos jam ante ad fidem converterat, illustri martyrio coronatus est. Gesta ejus à discipulis plenaria manu edita sunt, *l* qui ferunt eum agonizasse cum alijs quinquaginta & amplius commilitonibus suis, anno ordinationis suæ XXXVII. Ipse est annus Dominicæ incarnationis DCCLV. Pippini junioris [*m* regnantis] *n* XIV.

i Quartum.
k Hassones
l quæ
m deest Al.
n. Al. IIII.

Cap. 8. Post passionem sancti Bonifacij *V Willehadus* & ipse Angligena, fervens amore Martyrij properavit in Fresiam; ubi consistens ad sepulchrum beati martyris, Paganos facti pœnitentes suscepit, & credentium multa millia baptizavit. Deinde cunctam in circuitu provinciam cum discipulis perlustrans idola confregisse, populosque ad culturam veri Dei evangelizasse, dicitur. Tunc & gentilium zelo fustibus percussus, & gladio legitur ad jugulandum proscriptus. Licet gratia Dei majoribus eum prædestinaret titulis, *o* sua tamen voluntate & studio *p* nihilominus ad martyrium piger erat. Post hæc missus à *Carolo* rege in Saxoniam, primus omnium doctorum maritimas & boreales Saxoniæ partes, ac Transalbinos populos ad Christianam provocavit fidem. Septem annos prædicasse dicitur eam regionem, usque ad annum rebellionis Saxonum XII. cum *q VViduchind* persecutionem movens in Christianos, Francorum terminos usque ad Rhenum vastabat. In qua persequutione discipuli Willehadi sancti quidam *Bremæ*, quidam per *r Fresiam*, cæteri trans *Albiam* passi leguntur. Vnde confessor Dei, majus adhuc lucrum exspectans, de conversione plurimorum legitur secundum Evangelicum præceptum de civitate in civitatem *s* fugisse, dispersisque ad prædicandum socijs, ipse Romam cum *t Luidgero* venisse,

CAP. IX.

o Al. suæ & voluntati.
p nihilo magis.
q Widukindo.
r Frisiam.
s confugisse.
t Liudgero.

nisse. Vbi sanctissimi Papæ *Adriani* consolatione relevati, *Luidgerus* in montem *Cassinum* recessit ad confessionem sancti Benedicti. *VVillehadus* in *Galliam* ad sepulchrum sancti repedavit *VVillebrordi*. Itaque biennio uterque recluſi, contemplativæ vitæ operam dabant, apprime orantes pro persecutoribus & gente Saxonum, ne jactum in eis semen verbi Dei inimicus homo zizanijs oppleret, impletumque est *u* quod scriptura dicit, *multum valet deprecatio justi assidua*. Hæc de vita ejus ad sensum excerpta protulimus. Transacto igitur biennio, quod est anno Caroli XIIX. *x VVidekind* incentor rebellionis, ad fidem Caroli venit, baptizatus est ipse cum alijs Saxonum magnatibus, & tunc demum *Saxonia* subacta, in provinciam redacta est. Quæ simul in IIX. Episcopatus divisa, *y Moguntino* & *Colonienſi* Archiepiscopis est subjecta. Cujus exemplar divisionis, quod ex præcepto regis in Bremensi Ecclesia servatur, hiis cognosci potest verbis.

u Alii in eis quod.

x Withekind.

y Mogontino.

CAP. X. *In nomine Domini & Salvatoris nostri Iesu Christi*, Carolus *divina ordinante providentia Rex. Si Domino Deo exercituum succurrente in bellis victoria potiti sumus, in illo & non in nobis gloriamur, & in hoc seculo pacem & prosperitatem, & in futuro perpetuæ mercedis retributionem nos promereri confidimus. Quapropter noverint omnes Christi fideles, quod Saxones, quos à progenitoribus nostris ob suæ pertinaciam perfidiæ semper indomabiles, ipsique Deo & nobis tam diu rebelles, quousque illius, non nostra virtute, ipsos & bellis vicimus, & ad baptismi gratiam Deo annuente perduximus, pristinæ libertati donatos, & omni nobis debito censu solutos, pro amore illius, qui nobis victoriam contulit, ipsi tributarios & subjugales devote addiximus, videlicet, ut qui nostræ potestatis jugum hactenus ferre detrectaverunt; victi jam (Deo gratias) & armis & fide Domino & Salvatori nostro Jesu Christo & sacerdotibus ejus, omnium suorum jumentorum & fructuum totiusque culturæ decimas ac nutriturā, divites ac pauperes legaliter constricti persolvant.* | Cap. 9.

vant. Proinde omnem terram eorum antiquo Romanorum more in provinciam redigentes, & inter Episcopos certo limite disterminantes, Septentrionalem illius partem, quæ est piscium ubertate ditissima, & pecoribus alendis habetur aptissima, pio Christo, & Apostolorum suorum principi Petro prograriarum actione devote obtulimus: Sibique in Wigmodia in loco Bremon vocato, super flumen z Wirraham Ecclesiam & Episcopalem statuimus cathedram. Huic parochiæ decem pagos subiecimus, quos etiam abiectis eorum antiquis vocabulis & divisionibus, in duas redegimus provincias, his appellantes nominibus, Wigmodiam & Lorgoe. Insuper ad præfatæ constructionem Ecclesiæ in supra dictis pagis LXX. mansos cum suis colonis offerentes totius hujus parochiæ incolas, decimas suas Ecclesiæ, suoque provisori fideliter persolvere, hoc nostræ majestatis præcepto jubemus, donamus & confirmamus. Ad huc etiam summi a pontificis & universalis Papæ Adriani præcepto, nec non & Mogontiacensis Episcopi Lullonis, omniumque qui affuere pontificum consilio, eandem Bremensem Ecclesiam cum omnibus suis appendiciis Willehado probabilis vitæ viro, coram Deo & sanctis ejus commisimus. Quem etiam primum ejusdem Ecclesiæ III. Idus Iulij consecrari fecimus Episcopum, ut populis divini semina verbi secundum datam sibi sapientiam fideliter dispensando, & novellam hanc Ecclesiam canonico ordine, & monasteriali competentia, utiliter instruendo, interim plantet & riget, quousque precibus sanctorum suorum exoratus, incrementum det omnipotens Deus. Innotuit etiam idem venerabilis vir serenitati nostræ, eam, quam diximus, parochiam propter barbarorum infestantium pericula seu varios eventus, qui in ea solent contingere, ad sustentacula sive stipendia Dei servorum in ibi militantium Deo, minime sufficere posse. Quamobrem quia Dominus omnipotens ingente Fresonum, sicut & Saxonum, ostium fidei aperuit, partem prænominatæ regionis, videlicet Fresiæ, quæ contigua huic parochiæ esse dinoscitur, eidem Bremensi Ecclesiæ, suoque provisori VVillehado Episcopo ejusque successoribus, perpetualiter de-

z Yirraam.

a Al. deest.

3.

legavimus retinendam. Et quia casus præteritorum nos cautos faciunt in futurum, ne quis, quod non optamus, aliquam sibi in eadem diœcesi usurpet potestatem, certo eam limite fecimus terminari, eique hos terminos, mare Oceanum, Albiam *fluvium*, Liam, Steinbach, Hasalam, Wimarcham, Sneidbach, *b* Ostam, Mulinbach, Motam paludem, *quæ dicitur* Sigefridesmor, Quistinam, Chesenmor, Aschbroch, Wisebroch, Bivernam, Vternam, *iterumque* Ostam. Ab Hosta *vero c usque quo perveniatur ad paludem quæ dicitur d* Caldenbach. *Deinde ipsam paludem usque in e* Wempnam *fluvium*. A Wempna *vero f* Bicinam, Farstinam *usque in* Wirraham *fluvium*. *De hinc ab orientali parte ejusdem fluminis viam publicam, quæ dicitur* Hesseweg, Sturmegoë & Lorgoe *disterminantem g* Sechbasam, Alapam, Caldhowa, *iterumque* Wirraham: *ex occidentali autem parte viam publicam, quæ dicitur h* Folcweg, Derue & Lorgoë *dividentem, usque in* Huntam *flumen*. *Deinde ipsum flumen*, & Amriuum *Lucum sylvestrem, quem incolæ loci* Wildloch *nominant*, Finolam, Waldesmoer, Bercpol, *i* Eddenriad *paludem*, Emisgoë & *k* Ostergoe *disterminantem*, Brustlacho, Biberlach, iterumque mare; *firmos & intransgressibiles circum scribi jussimus. Et ut hujus donationis ac circumscriptionis auctoritas nostris futurisque temporibus Domino protegente valeat in convulsa manere, manu propria subscripsimus, & annuli nostri impressione signari jussimus.*

b Hosta.

c Al. usque Bicinam.
d Chaltenbach.
e Wemnā.
f Bricinam
g Sethbasam.
h Folvech.
i Eddinriad.
k Ostrigoë.

Signum Domini Caroli regis invictissimi.

Hildebaldus *Archiepiscopus Colonienſis, & sacri Palatij Capellanus recognovi. Data l* II. *Idus Julij, Anno Dominicæ incarnationis* DCCLXXXVIII. *Indictione* XII. *Anno autem regni Domini* Caroli XXI. *Actum m Palatio n* Nemetensi *feliciter, Amen.*

l Al. pridie.
m in Pal.
n Metensi.

Sedit

Cap. 10. Sedit igitur Dominus & pater noster *VVillehadus* post ordinationem suam annos duos, menses III. dies XXVI. prædicavitque tam *Fresis* quam *Saxonibus* post martyrium *S. Bonifacij*, omnes annos triginta quinque. Obiit autem senex & plenus dierum in Fresia, in villa *Pleccazze*, quæ sita est in *Rustris*. Corpus ejus *Bremam* deportatum in basilica S. Petri, quam ipse ædificavit, sepultum est. Transitus ejus celebratur festivis gaudiis VI. Idus Novembris, ordinatio, III. Idus Iulij. Extat vitæ actuumque ejus insignis liber, quem successor ejus IV. fideli stilo exaravit *Ansgarius*. Ad cujus lectionem, quia nos ad alia properamus, cupientem scire transmittimus. CAP. XII.

Cap. 11. Proximum sancto Willehado ex discipulis ejus WILLERICVM in Bremensi Ecclesia præfuisse legimus, quem alij *VVillehariun* nuncupant. Seditque annos I. usque ad annum *Luthowici* senioris penultimum. Cum vero scriptum sit in libro Donationum sive Traditionum Bremensis Ecclesiæ, ab anno XXXVII. *Caroli*, usque ad XXV [annum] *Luthowici* præsediſſe *VVillericum*, *p* XII. anni minus reperiuntur ab eo quem prædiximus numero. Et credi potest tanto tempore Bremensem Episcopatum cessasse, quemadmodum & alios propter novellam gentis Saxonum conversionem, quæ nondum se Episcopali ditione regi patiebatur: maxime cum nullis fere annis à bello vacantibus, tandem *Saxones* ita profligati legantur, ut ex hiis qui incolunt utraſque ripas *Albis* fluminis X. milia hominum *q* cum parvulis in *Franciam* translati sint. Et hic est annus diuturni Saxonum belli XXXIII. quem Francorum historici ponunt memorabilem; scilicet *Caroli* Imperatoris XXXVII. Quo tempore cum *Sclavorum* quoque gentes Francorum Imperio subjicerentur, Carolus *Hammaburg* civitatem Nordalbingorum, extructa ibidem Ecclesia, *Heridago* cuidam sancto viro, quem loci Episcopum designavit ad regendum.

o Al. decessit.
p XIV.
q Al. cum mulieribus & p.

r commendavit. gendum r commisit; cui etiam propter infestationem barbaricam, ubi interdum posset consistere, cellam [f quandam in Gallia] *Rodnach* donavit. Disponens eandem Hammaburgensem Ecclesiam, cunctis Sclavorum Danorumque gentibus Metropolim statuere. In qua re ad perfectum ducenda, & mors *Heridagi* presbyteri & occupatio regni, *Carolum* Imperatorem, ne desiderata compleret impedivit. Legimus in libro donationum Bremensis Ecclesiæ *VVillericum* Bremensem Episcopum Transalbianis etiam ante Ansgarium prædicasse, & Ecclesiam in *Milinthorp* frequenter visitasse', usque ad tempus quo *Hammaburg* metropolis facta est.

f Alibi hæc desunt.

CAP. XIII. Et quoniam mentionem *Danorum* semel fecimus, dignum memoria videtur, quod victoriosissimus Imperator Carolus, qui omnia regna Europæ subjecerat, novissimum cum Danis bellum suscepisse narratur. Nam Dani & cæteri qui trans Daniam sunt populi ab historicis Francorum omnes *Nordmanni* vocantur. Quorum Rex *Gotafrid* jam antea *Fresis*, itemque *Nordalbingis*, *Obotritis* & aliis Sclavorum populis tributo subactis, ipsi Carolo bellum minatus est. Hæc dissensio voluntatem Imperatoris vel maxime de *Hammaburg* retardavit. Tandem extincto cælitus Gotafrido, t *Hemming* patruelis ejus successit, qui mox pacem cum Imperatore faciens, *Egdoram* fluvium regni terminum accepit. Nec multo post Clarissimus Imperator *Carolus* obiens, u *Luthewicum* filium suum Imperii reliquit hæredem. Cujus transitus ad superos contigit anno XXV. Willerici, die V. ante Kalend. Februarii.

t Al. Heming.

u Ludovicus.

CAP. XIV. *Lothewicus* voluntatem patris oblitus provinciam Transalbinam *Bremensi* & *Ferdensi* Episcopis commendavit. A quo tempore gesta incipiunt sancti *Ansgarij*. Et quoniam borealium gentium historia nostram, id est, Bremensem Ecclesiam in parte respicit, disposui, nec inutiliter, ut arbitror, passim occurrentia tangere acta Danorum, Per idem tempus

Cap. 12.

tempus *Hemmingo* Danorum rege mortuo, *Sigafrid* & *x Anulo* nepotes *Gotafridi*, cum inter se de primatu regni convenire non possent, *y* prælio diviserunt, in qua congressione XI. milibus hominum interemptis, Reges ambo ceciderunt. Pars Anulonis cruenta victoria potita, *Reginfridum* & *Haroldum* in regnum posuerunt. Moxque Reginfridus à Haroldo pulsus piraticam classem exercuit. Haroldus vero cum Imperatore fœdus iniit. *Historia* plenius hæc *Francorum* exequitur. In diebus illis scribitur, quod *z Ebo* Remensis, cum de salute gentium religionis studio ferveret, legationem ad gentes cum *Halitgario* suscepit à *Paschali* Papa, quam postea noster *Ansgarius* divina opitulante gratia feliciter peregit. Anno Willerici XXXIII. *Luthewicus* Imperator novam in Saxonia *Corbeiam* exorsus, religiosissimos Franciæ monachos ad illud congregavit cœnobium, inter quos præcipuus legitur sanctissimus pater noster ac philosophus Christi *Ansgarius*, vitæ atque scientiæ merito clarus, & omni Saxonum populo acceptus. Eodemque tempore Rex Danorum *a Haroldus* à filijs *Gotafridi* regno spoliatus, ad *Luthewicum* supplex venit Imperatorem; qui & mox Christianæ fidei catechismo imbutus, apud *Moguntiam* cum uxore, fratre & magna Danorum multitudine baptizatus est. Quem Imperator à sacro fonte suscipiens, cum decrevisset in regnum suum restituere; dedit ei trans Albiam beneficium; & fratri ejus *b Horico*, ut tum piratis obsisteret, partem *Fresiæ* concessit, quam adhuc *Dani* quasi legitimam suijuris reposcunt. Cum autem nemo doctorum facile posset inveniri qui cum illis ad Danos ire vellet, propter barbaricam crudelitatem, qua gens illa fugitur ab omnibus, sanctus *Ansgarius* divino, ut credimus, spiritu accensus, & quiad martyrium aliqua optabat occasione pertingere, cum socio se ad ultroneum obtulit *Audberto*, non solum inter barbaros, verum etiam in carcerem & in mortem pro Christo ire paratus. Itaque biennio in regno *Dano-*

x Al. Amilo

y prælio

sceptrũ d.

z Ebbo

CAP. XV.

a Haraldus

b Al. Heruē

CAP XVI.

rum commorati, multos ex gentibus ad Christianam fidem converterunt. Inde reversi, cum denuo ab Imperatore postularentur, ultimos *Sueonum* populos Evangelij gratia tentare; intrepidus athleta Christi Ansgarius assumptis secum fratribus *Gislemaro* & [c] *VVithmaro* doctoribus, gaudens pervenit in *Daniam*. Vbi relinquens Gislemarum *Haroldo*, ipse cum Withmaro in [d] *Sueoniam* transfretavit. Vbi benigne à rege *Biorno* susceptí, verbum Dei publice prædicare permissi sunt. Multos itaque per annum integrum lucrati sunt Domino Jesu Christo. In quibus *Herigarius* oppidi *Birchæ* præfectus credidit, quem tradunt etiam miraculis & virtutibus insignem. Hac legationis suæ prosperitate gavisi, *Corbeiam* novi Apostoli cum triumpho duarum gentium regressi sunt. Et ô mira omnipotentis Dei providentia de vocatione gentium, quam disponit artifex, ut vult, & quando vult, & per quem vult. Ecce quod longo prius tempore *VVillebrordum* & *Ebonem*, alios que voluisse legimus, nec potuisse; nunc *Ansgarium* nostrum & voluisse & perfeciss e miramur, dicentes cum Apostolo, *non est volentis neque currentis, sed est Dei miserentis. Ergo cui vult*, inquit, *miseretur, & quem vult indurat*. Tunc Imperator cum magnatibus sancto *Ansgario* de gentium congratulatus salute, ingentes Christo gratias persolverunt.

[c] Vithmaro.

[d] Svetiam.

CAP. XVII

Cap. 13.

Habito igitur generali sacerdotum consilio, pius Cæsar votum parentis cupiens implere, *Hammaburg* Transalbianorum civitatem, metropolim omnibus barbaris statuit nationibus *Danorum*, *Sueonum*, itemque *Slavorum*, & aliis conjacentibus in circuitu populis, eique cathedræ primum Archiepiscopum ordinari fecit *Ansgarium*. Hoc factum est anno Domini [e] DCCC XXXIII. *VVillerici* Bremensis Episcopi XLIII. Consecratus est autem à *Dragone* Metensi Episcopo, Cæsaris fratre germano. [f] astantibus atque favent ibus *Otgario* Mogontiensi, *Ebone* Remensi, [g] *Hetti* Trevirensi & aliis: Consentientibus etiam

[e] Al. 832.

[f] Odgaro.

[g] Heddi.

VVil-

VVillerico Bremensi, & *Helingaudo* Ferdensi Episcopis, quibus antea diœcesis illa commendata est: roborante id Papa *Gregorio IIII.* apostolica auctoritate, & pallij datione.

Habentur in Ecclesia Bremensi præcepta Imperatoris, & privilegia Papæ, sancto *Ansgario* data, in quibus hoc quoque una continetur, quandam ei cellam in Gallia *b Turholt* vocatam, ad supplementum legationis suæ à Cæsare concessam, anno Domini *i* DCCC. XXXIII. Acta indictione XII. qui est *Luthowici k* XXI.

b Al. Tutholtz. i Al. 834. k Al. XX.

Cap. 14. Beatus autem Ansgarius nunc Danos, nunc Transalbinos visitans, innumerabilem utriusque gentis multitudinem traxit ad fidem. Si quando vero persecutione barbarorum impeditus est ab studio prædicandi, apud *Turholt* cum discipulis suis se retinuit. In adjutorium etiam prædicationis, datus est ei *Ebo* Remensis *l* [Archiepiscopus,] de quo & antea diximus. Hic seu fatigatione itineris, seu corporis debilitate impeditus, sive potius occupatione seculi delectatus, vicarium pro se dedit Ansgario nepotem *Gaudbertum*. Quem ipsi ambo consecrantes Episcopum, vocaverunt eum *Simonem*, eumque divinæ gratiæ commendatum, in *Sueoniam* miserunt. Hæc in vita sancti, Ansgarij copiose descripta, nobis abbreviandi locum præbuerunt. Verum quod distinctio temporum ibi obscura est, pleraque ab alijs scriptis tempori congruentia *m* mutuavimus. Nunc ad cætera unde incepimus regrediamur.

CAP. XIIX.

l Al. dcck.

m mutavimus.

Cap. 15. Interea *VVillericus* Bremensis Episcopus, diœcesim suam sollicite circumeundo, gentiles baptizando, & fideles in Christo confortando, strenuum prædicatoris officium peregit. Ecclesias ubique per Episcopium congruis erexit in locis. Tres vero *Bremæ*, quarum primam scilicet domum *sancti Petri*, de lignea lapideam fecit; & corpus sancti *VVillehadi* exinde translatum in australi, quod fecit, oratorio recondidit.

CAP. XIX

Quod etiam scriptor vitæ ejus præterire noluit. Narrantque posteri hoc factum pro timore piratarum, qui propter virtutem miraculorum confessoris nostri corpus auferre maluerunt. Eodem tempore beatus *Ansgarius* corpora sanctorum, quæ dono *Ebonis* Archiepiscopi susceperat, trans Albiam fertur deportasse, & corpus quidem sancti *n Materniani* apud *o Heiligenstad* reposuit, *Xisti* vero & *p Sinnicij*, cum aliorum martyrum patrociniis, in urbe *Hammaburg* collocavit, Beati vero *Remigij* Cimilia cum *q* ingenti honore servavit *Bremæ*. *VVillericus* igitur clerum maximum collegit, de populo vero magnam Bremensi Ecclesiæ hæreditatem acquisivit. In diebus suis *Carolus* eleemosynam obtulit Salvatori ad Bremensem Ecclesiam, centum mansos. Scriptum est in libro Donationum tertio, capitulo 1. ubi etiam crebro versu hoc repetitur. *Sacrosanctæ basilicæ quæ constructa est in honore sancti Petri Apostoli, in loco seu villa publica nuncupata* Brema, *ubi* Willericus *Episcopus servus servorum Dei præesse videtur*. Qui obiit senex & plenus dierum Anno Domini *r* DCCC XXXVII. qui est annus *Luthowici* XXV & penultimus, sepultusque est in domo sancti Petri, à parte altaris *s* aquilonali IIII. Nonas Maii.

n Matrimani.
o Helingstad.
p Signini.
q decenti.
r Al. 839.
s aquilonari.

CAP. XX.

LEVDERICVS ordine tertius, sedit annos octo. Ejus annos cum pro certo scire non possumus, ex eodem libro traditionum discimus, & *VVillerici* diaconum fuisse, & sedisse usque *t* ad *Luthowici* junioris sextum, capitulo IIIX. scriptum. Hunc etiam tradunt superbum fuisse: quod exinde conjici potest, quia se aliquando *custodem*, aliquando *pastorem Bremensis gregis* gloriatur. In diebus illis sanctus *Ansgarius* legationem sibi creditam fideliter executus, apud *Hammaburg* novellæ plantationi insudavit, doctrina oris, & opere manuum exercens Ecclesiam. Sæpe etiam monasterium *u* Gl[illegible]æ, quod dono Cæsaris possedit, *Turholt* visitans, fratribus ibidem Deo militantibus salutaris regulæ tramitem verbo exemplo-

Cap. 16.

t ad annum 8[illegible].
u Franciæ.
5,

emploque monstravit. In quorum nobili contubernio jam tum à puero sanctus effulsit *Rembertus*, quem sanctus pater *Ansgarius* adoptans in filium prophetico spiritu, quo plenus erat, longe ante prædixit illum suæ virtutis æmulum, & in cathedra pontificali succedere, gratiaque meritorum in cælesti regno consortem fore. In qua re omnipotentis Dei providentia, quæ olim *Heliæ* substituit *Heliseum*, in *Remberto* non fefellit *Ansgarium*.

Cap. 17. Interea *Nordmanni* piraticis excursionibus usquequaque degrassati, *Fresones* tributo subiiciunt. Eodemque tempore per Rhenum vecti *Coloniam* obsederunt, per Albiam vero *Hammaburg* incenderunt. Inclyta civitas tota, aut præda, aut incendio disperiit. Ibi Ecclesia, ibi claustrum, ibi bibliotheca summo collecta studio, consumpta est. Sanctus autem *Ansgarius*, ut scribitur, cum reliquiis sanctorum martyrum nudus evasit. Excidium Hammaburg historia non tacet Francorum, & privilegia Romanorum. Hoc, ut ajunt, factum est, anno *Luthewici* senioris novissimo. Tunc quoque *Gaudbertus* Episcopus zelo gentilium à *Sueonia* depulsus, & *Nithardus* capellanus ejus martyrio cum aliis coronatus est. Et exinde *Sueonia* caruit septennio sacerdotali præsentia. Quo tempore *x Amundus* regno pulsus, in Christianos movit persecutionem. *Herigarius* vero *Birchæ* præfectus, Christianitatem ibi solus sustentavit. Qui etiam tantam fidei gratiam meruit, ut potentia miraculorum & exhortatione doctrinæ, multa paganorum milia salvarit. Scriptum itaque in *actibus* beati *Ansgarij*. CAP. XXI.

x Al Anundus.

Cap. 18. Anno Leuderici Bremensis Episcopi III. *Luthewicus* Imperator obijt, regnumque in contentione remansit. Multa inter fratres discordia, bellum maximum, in quo, ut historia testatur, *omnes Francorum vires consumptæ sunt*. Discordiæ *y* incentor *Ebo*, qui & supra in patrem filios armaverat, & nunc- CAP. XXII.

y inventor

nunc fratres inteſtina ſeditione concitaverat: conſpirationis crimine accuſatus, à Papa *Gregorio* deponitur. Sed alijs criminantibus hoc, alijs z hoc factum aſtruentibus, veritatem nos in medio relinquemus; præſertim cum à ſancto patre noſtro *Anſgario* ea dilectione quam ab initio ſecum habuit, uſque in finem habitus fuerit. Lege in *vita* ipſius, & in *capitulo Rabani*, de fama *Ebonis* ambigua. Tandem mediante Papa *Sergio*, pax inter fratres convenit, regnumque in tres partes eſt diviſum, ita ut *Lotharius* major natu Romam cum Italia, *Lotharingiam* cum *Burgundia* poſſideret, *Lothewicus Rhenum* cum *Germania* regeret, *Carolus Galliam*, *Pippinus Aquitaniam* acciperet. Hac inter fratres ſortita regni diviſione, *Turholt* monaſterium in partem ceſſit *Caroli*, ſicque alienatum eſt à jure ſancti *Anſgarij*. At ille in paupertate ſua Deum glorificans, verbum Dei, cujus legatione functus eſt, tam ſuis quam alienis infatigabiliter ſeminavit. Vnde contigit, ut prædium, quod *a Ramſolam* dicitur, à quadam venerabili matrona ſuſceperit, nomine *b* IKIA. Qui locus in epiſcopatu Ferdenſi poſitus, ab *Hammaburg* niſi tribus diſparatur raſtis. Ibi ſanctus Dei cœnobium conſtituens, reliquias ſanctorum *Xiſti* & *c Sinnicij* locavit confeſſorum, & alia patrocinia quæ ab *Hammaburg* fugiens portavit, ubi & gregem profugum collegit, de pulſosque à *d* gentibus ſocios in eo portu retinuit. Ab eo ergo loco Hammaburgenſem Eccleſiam viſitans, *Nordalbingos* in fide *e* reformavit, quos antea perſecutio turbavit. Tunc quoque ne legatio gentium tarditate ſua quapiam frigeſceret, prædicatores miſit in *Daniam*; *f Hartgarium* vero eremitam direxit in *Sueoniam*. Fertur etiam veniſſe *Bremam*, atque ab Epiſcopo ipſius loci, qui doctrinæ ac virtutibus ejus invidit, de pulſum eſſe. Poſt hæc LEVDERICVS Bremenſis Epiſcopus obiit, & ſepultus eſt in Eccleſia beati Petri ab auſtrali parte altaris. Deceſſit autem *g* IX. Kal. Septembris, & Eccleſia diu viduata permanſit.

z hoc recte *b*

CAP. XXIII

Cap. 19

a Ramſola. b Ibia.

c Signini.

d gentilibus.

e confirmavit.

f Hergarium.

g Al. VIII. kal.

Tunc

Cap. 20. Tunc Luthewicus Pius Cæsar inclytus Hammaburgensis Ecclesiæ desolationem miseratus, venerabili *Ansgerio* contulit *Bremensem* Episcopatum. At ille quamvis Canonum non ignoraret decreta, quibus cautum est, *ut Episcopus, qui à sua civitate persequutionem passus expellitur, in alia vacante recipiatur*, tamen ne pro invidia cæteri scandalizarentur, Cæsari super hac re diu restitit. Postremo si absque fratrum querela fieri posset, tunc solummodo concederet. In *vita* nostri Antistitis hæc plenissime describuntur. Obscure vero notatur tempus, quod liber donationum significat apertius. Anno scilicet Luthewici secundi IX. dominum Ansgarium ab *h Aldrico* clerico & Comite *Reginbaldo* legatis Cæsaris ductum in Episcopatum. Scriptum libro tertio, capitulo XX. Sed & in vita ejus hæc; *Multum*, inquit, *temporis fluxit, ex quo beatus Ansgarius Bremensem Episcopatum suscepit, antequam hoc à Papa* Nicolao *firmaretur*. Sanctus itaque Ansgarius *i* receptus Cap. 21. Bremis, annos XIIX. sedit. Nam antea in Hammaburgensi cathedra præfuit annis XVI. qui fiunt simul XXXIV. Hoc regalis munificentiæ dono, confessor Dei valde gavisus in *Daniam* festinavit. Vbi Regem [*k* Danorum] *l Horicum* inveniens, Christianum reddidit. Is statim Ecclesiam in portu maritimo erexit apud *m Sliasuvig*, data pariter licentia, ut quisque vellet in regno suo, fieret Christianus. Infinita gentilium credidit multitudo, de quibus hoc in libris memoriale relictum est, plures, ut aqua baptismi loti sunt, ab omni corporis infirmitate liberatos.

CAP. XXIV.

h Al. Aldarico. Al. Abdarico.

CAP. XXV

i Al. receptis

k Al. deest hæc vox.

l Al. Ericum.

m Slasuich

Cap. 22. Quibus rebus ex voto completis, dum adhuc sanctus Dei pro gente *Sueonum* æstuare cœpisset, cum *Gaudberto* Episcopo consilium habuit, quis eorum laudabile pro Christo subiret periculum. At ille periculum sponte declinans, sanctum potius, ut iret, rogavit Ansgarium. Ex templo athleta intrepidus *Herici* regis missum rogavit atque sigillum, & à litto-

CAP. XXVI.

n Olaph. littore Danorum transfretans in *Sueoniam* pervenit, ubi tunc n *Oleph* rex apud *Bircam* generale populi sui habuit placitum. Quem præveniente misericordia Dei, ita placatum invenit, ut ex ejus imperio & populi consensu, & jactu sortis, & Idoli responso, Ecclesia ibidem fabricata, & Baptismi licentia omnibus concessa sit. Hiis etiam ex sententia finitis, Evangelista noster Ecclesiam Sueonum *Erimberto* commendavit presbytero, & rediit. Quæ in *vita* sancti *Ansgarij* latissima gestorum narratio descripta, nos brevitate nitentes amputavimus. Et ni fallat opinio, prophetia *Ezechielis* de *Gog* & *Magog* convenientissime hic impleta videtur. *Emittam*, inquit, *Dominus*, *ignem in Magog*, *& in his qui habitant in Insulis confidenter.* Aliqui hæc & talia de *Gothis*, qui *Romam* ceperant, dicta arbitrantur. Nos vero considerantes Gothorum populos in *Sueonia* regnantes, omnemque hanc regionem passim in Insulas dispertitam esse, prophetiam eis opinamur posse commodari, cum præsertim multa prædicta sint à prophetis, quæ nec dum videntur completa.

CAP. XXVII. Interea quæstio magna surrexit in regno Francorum, de Bremensi Episcopatu, ad invidiam beati Ansgarij, conflata. Ea contentio diu per regnum gravi & ancipiti *p* dissensione profligata, multis partium studijs collidebatur. Tandem Orthodoxus Cæsar *Lothewicus*, compositis hinc inde contradicentium voluntatibus, præcipue *Guntharij* Colonien sis Archiepiscopi, cujus suffraganea prius erat *Brema*. Super his Romam nuncios ad sanctissimum Papam direxit *Nicolaum*. Ille vero quod necessitas Ecclesiastica persuasit, & quod patrum concilijs fieri posse comprobatum est, facile consensit. Ergo *Bremensem* ac *Hammaburgensem* Episcopatum apostolica auctoritate copulari, & pro uno sanxit haberi. Cujus rei privilegia diligenter adhuc in Bremensi conservantur Ecclesia. In quibus etiam additum est, quod idem Papa *Nicolaus* tam ipsum Ansgari-

Cap. 25.

p discessione.

7.

Anſgarium, quam ſucceſſores ejus legatos & *vicarios apoſtolicæ ſedis* conſtituit, in omnibus gentibus *Danorum*, *Sueonum* atque *Sclavorum*; quod & antea *Gregorius* Papa conceſſit. Igitur Bremenſis atque Hammaburgenſis parochiæ coadunatio facta eſt ultimo ſancti Anſgarii tempore. Vita ejus annum non ponit, præceptum autem regis ponit annum regni XXI. Privilegium Papæ notat annum Domini DCCC LIIX. qui eſt ab ordinatione Archiepiſcopi *q* XXIIX. q Al. 19.

Cap. 24. Poſt hæc ſcribitur in vita beati antiſtitis, qualiter in Daniam veniens juniorem *Horicum* in regno reperit. Cui tempori congruit hiſtoria Francorum, quæ ſic de Danis meminit. *Nordmannos per Ligerim r Turonos ſuccendiſſe, per Sequanam Pariſios obſediſſe, Carolam timore compulſum terram eis ſ ad inhabitandum dediſſe. Deinde Lotharingia*, inquit, *vaſtata, & ſubacta Freſia, in ſua victrici converſos viſcera dextra.* Contendentibus namque ad invicem *t Gudurin* Principe Nordmannorum, cum patruo ſuo *Horico*, ſcilicet rege Danorum, tanta cæde utrinque mactati ſunt, ut vulgus omne caderet; De ſtirpe autem regia nemo omnium remaneret, præter puerum unum nomine *u Horicum*. Qui mox ut regnum ſuſcepit Danorum, ingenito furore ſuper Chriſticolas efferatus, ſacerdotes Dei expulit, & Eccleſias claudi præcepit. Ad quem ſanctus Dei confeſſor *Anſgarius* venire non trepidans, comitante ſecum gratia divina, crudelem Tyrannum ſic placatum reddidit, ut Chriſtianitatem ipſe ſuſciperet, ſuisque omnibus ut Chriſtiani fierent, per edictum mandaret. Inſuper in alio portu regni ſui apud *Ripam* extrueret Eccleſiam, in *Dania* ſecundam. Et hiis Eccleſiaſtico ordine compoſitis, beatus paſtor noſter Eccleſiam illam *Remberto* commendavit presbytero. Inde *Hammaburg* reverſus, de *venditione Chriſtianorum Nordalbingos* correxit. Vnde *Freſos* adiens, caſtigavit eos pro *labore dominici diei*. Pertinacius vero agentes, igne cæleſti mulctavit. Et

CAP. XXIIX.

r Turonos. ſ ad inhabitandam Lotharingiam. al. t Guthorm.

u Al. Ericū, ſcilicet Barn.

CAP. XXIX.

alia, quæ antiquis miraculis non imparia, leguntur in *vita* ejus. Et quoniam totum ſtudium ejus erat pro ſalute animarum, ſi quando à prædicatione gentilium foris liber erat, domi congregationum ſuarum curam egit. Quarum primam, quæ ab *Hammaburg* olim barbarica incurſione depulſa eſt, ipſe, ut prædiximus, tranſtulit ad *Ramſolas*. Secundam in *Bremis* habuit ſanctorum virorum, qui habitu quidem uſi canonico, regula vivebant monaſtica, uſque ad noſtri ferè temporis ætatem. Tertiam ſanctarum virginum congregationem in *x Brixímon* aduxímon. navit ubi devota Chriſti matrona *y Lutgard* totum patrimonium ſuum offerens cœleſti ſponſo, magnum chorum caſtitatis ſuo nutrivit ducatu. Ad curam autem pauperum & ſuſceptionem peregrinorum, multis locis hoſpitalia præparavit. Unum autem ℨ vel præcipuum habuit *Bremæ*, quo per ſe ipſum quotidie veniens, infirmis non erubuit miniſtrare. Quorum plurimos verbo vel tactu ſanavit. Ipſe tranſtulit corpus ſancti *VVillehadi* in matricem beati Petri Apoſtoli Eccleſiam, ab illo auſtrali oratorio, quo deportatum eſt à *VVillerico*. Et tunc facta ſunt illa miracula, quæ per merita ſancti Willehadi, populo oſtenſa ſunt, ab anno Domini DCCC LXI. qui eſt annus ab ordinatione *a* Archiepiſcopi XXX. Ipſe enim qui tranſtulit, & vitam & miracula ejus ſingulis libris comprehendit. Sique temporum ſeriem diligenter computemus, ipſum eſt tempus quo in *Saxoniam* translatio Sancti contigit *Alexandri*. In qua illud memorabile videtur, confeſſorem noſtrum cum advena Martyre certaſſe, quis eorum videretur eſſe major, & in gratia ſanitatum populis acceptior. *b Einhardus in geſtis Saxonum* hæc dulci calamo proſequitur.

x Al. Luxi-
y Liudgard
CAP. XXX.
ℨ quod vel præ.
a Epiſcopi.
b Eginhardus.
Cap. 15.

CAP. XXXI. Interea beatus *Anſgarius* captivos redimendo, tribulatos refovendo, domeſticos erudiendo, barbaros evangeliz ndo, foris Apoſtolus, intus monachus, nunquam legitur otioſus. Nec ſolum erga ſuos, verum erga alienos, quomodo

Cap. 16.

modo viverent sollicitus. Episcopos etiam tam voce quam literis, ut vigilarent super dominicum gregem, hos arguit, illos obsecravit. At verò *Romanorum* regibus pro sua legatione, regibus *Danorum* pro Christiana fide, crebrò mandavit. Extant epistolæ ejus plures hujusmodi. Unam verò quam omnibus de sua legatione scribit Episcopis, quam ab *Ebone* orsam asserit, ita claudit : *Deprecor*, inquit, *ut apud Deum intercedatis, quatenus hæc legatio crescere & fructificare mereatur in Domino. Iam enim Deo propitio & apud Danos, & apud Sveones, fundata est Ecclesia Christi, & sacerdotes absque prohibitione proprio fungunur officio. Omnipotens Deus faciat vos omnes hujus operis pia benevolentia participes, & in cœlesti Christi gloria cohæredes.*

Cap. 27. Supervixit autem [c sanctus Ansgarius] post illam plenariam *Hammaburg* & *Bremæ* copulationem annos septem. Sedit autem omnes annos XXXIIII. Cujus depositio summa veneratione colitur III. Non. Februarij. Obijt ergo anno Domini DCCCLXV. Indictione XIII. qui est *Lutbewici* secundi XXVI. sepultusque est in basilica sancti Petri, ante altare sanctæ Dei genetricis Mariæ. Eadem verò die, qua ipse commendatus est, *Rimbertus* Diaconus ejus à clero simul & populo electus est. Qui etiam *vitam sancti Patris* veridico sermone describens, more beati Johannis, quasi de alio scribens, innuit se fidelissimum ejus discipulorum testimonium perhibere sanctitati, quam cognoverat in viro Dei. Hunc ille librum ad fratres cœnobij direxit *novæ Corbejæ*, beatificans illos, quod talem miserint; & nobis congratulans, quod talem suscipere meruimus pastorem. c Al. decst.

Cap. 28. Sanctus *Rimbertus* sedit annos XXIII. Annos & obitum decessoris sui reperimus in quodam computo à *Corbeja* delato. Cæterum *vita ejus* à fratribus ejusdem cœnobij ad nostros data, quis fuerit & qualiter vixerit, breviter & dilucide comprehendit. *Mox*, inquit, *ut electus est, à Theoderico Mindensi* CAP. XXXII.

Episcopo & Adalgario Corbiensi Abbate, jussu Cæsaris ductus est Mogontiam. Vbi à clarissimo pontifice consecratus d *Lutberto, venit Corbejam, vestemque suscepit cum professione Monastica. Cui Adalgarius Abbas germanum & æquivocum suum concessit Adalgarium, qui postea & socius prædicationis, & hæres meruit esse dignitatis. Pallium pontificale suscepit à Papa Nicolao. Ferulam pastoralem à Cæsare Lutheuico, sicut in privilegiis dignosci potest.* Quæ autem sequuntur, ex *e vita ejus* excerpta sunt capitulo XVI.

d Al. Lutherto.

e Al. ex libro vitæ ejus discerpsimus.

CAP. XXXIII.

Præterea legationis suæ officium, quod ad prædicandum gentibus verbum Dei, primitus à decessore suo susceptum est, & Cap. 29. *postmodum sibi jure successionis, quasi hæreditarium provenit, impigrè executus est. Ipse quidem per se, quoties occupationes aliæ sinerent, eidem legationi insistens, semper autem constituros habens presbyteros, per quos & verbum Dei gentiles audirent, & solatium captivi Christiani haberent, ad Ecclesias inter ipsos paganos longè constitutos, quodque gravissimum erat, marinis discriminibus adeundas. Quæ discrimina ipse frequentius sustinens, cum Apostolo sæpè naufragium pertulit, sæpe etiam alia pericula sustinuit, spe futuræ beatitudinis omnia præsentis vitæ aspera leviens, illudque apostolicum continua meditatione revolvens: non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis.*

Qui reges Danorum suo tempore fuerint, non in- Cap. 30. venitur in gestis ejus. In historia Francorum *Sigafrid* cum fratre *Haldan* regnasse legitur. Qui etiam munera *Lothewico* Cæsari miserunt, gladium videlicet, capulotenus aureum, & alia multa pacem rogantes, & missis utrinque ad *Egdoram* fluvium mediatoribus, pacem firmam, ritu gentis, per arma juraverunt. Erant & alij reges Danorum vel Nordmannorum, qui piraticis excursionibus eo tempore Galliam vexabant. Quorum præcipui erant *Horig, Ordivig, Gotafrid, Rodulf & Inguar* tyranni. Scriptum est in Gestis Francorum: *crudelissimus omnium fuit Inguar filius* f *Lodparchi, qui Christianos ubique per supplicia necavit.*

f Al. Lodbrogi.

Anno

Cap. 31. Anno Domini Rimberti XII *Luthewicus* Pius Cæsar magnus obiit. Ipse *Boëmannos*, *Sorabos*, *Susos*, & cæteros Sclavorum populos ita perdomuit, ut tributarios efficeret. *Nordmannos* autem fœderibus ac bellis compressos, eo modo retinuit, ut cum *Franciam* totam vastaverint, regno ejus vel minimè nocuerint. Post mortem verò Imperatoris effera barbaries laxis regnabat habenis. Et quoniam Dani cum Nordmannis Hammaburgensi Ecclesiæ cura pastorali subjecti sunt, præterire nequeo quanta mala per eos Dominus illo tempore fieri permiserit, & quam latè pagani super Christianos extenderint potentiam suam. Quæ omnia lamentabiliter scripta sunt in *historia Francorum*, & in alijs libris. Tunc *Saxonia* à Danis vastata est, vel Nordmannis. *Brun* Dux occisus, cum alijs XII Comitibus: *Tiadericus* & *Marquardus* Episcopi obtruncati: tunc *Fresia* depopulata est. *Trajectum* civitas excisa. Sanctus *Rabbodus* Episcopus urbis cedens persequutioni, *Davantriæ* iedem constituit, ibique consistens anathematis gladio paganos ultus est. Tunc Piratæ *Coloniam & Treveros* incendunt. *Aquisgrani* palatium, stabulum equis suis fecerunt. *Mogontia* verò propter metum barbarorum instaurari cœpit. Quid multa? urbes cum civibus, Episcopi cum toto gregè, simul obruti sunt. Ecclesiæ illustres cum fidelibus incensæ sunt. *Luthewicus* Imperator cum paganis dimicans victor extitit, & paulo post obiit. *Luthewicus* Franciæ [*g* Rex] victor & victus occubuit. Hæc tragœdico planctu scripta in *annalibus Cæsarum*; nos propter mentionem Danorum perstrinximus.

CAP. XXXIV.

& g Al. defit.

Cap. 32. Quid autem dicimus interim fecisse nostrum Archiepiscopum? Require in gestis ejus capitulo XX. *Ad redemptionem*, inquit, *captivorum cunctis pene quæ habebat, expensis, cum multos adhuc apud paganos detentos miserabiliter cerneret, altaris etiam vasa non dubitavit impendere, dicens cum beato Ambro-*

sio; Melius est animas Domino, quam aurum servare. *Preciosa ergo sunt illa vasa, quæ animas de morte redimunt.*

CAP. XXXV. Nec incongruum videtur, quoniam de persequutione diximus, quæ tunc late efferbuit in Ecclesias, grande miraculum per merita sancti Rimberti Fresonibus ostensum tangere; quod Scriptor gestorum ejus nescio cur prætererierit. Sed *h Bono* Corbiensis Abbas de sui temporis actis scribens, non reticuit dicens: *Cum modernis temporibus gravis barbarorum irruptio in omni pene Francorum regno immaniter debacchare-tur; contigit etiam eos divino judicio ad quendam Fresiæ pagum devolui, qui in remotis ac mari magno vicinis locis situs est.* *i* Nordwide *hunc appellant: Quem subvertere aggressi sunt. Erat enim illic eo tempore venerabilis Episcopus* Rimbertus: *cujus adhortationibus & doctrinis confortati & instructi Christiani, cum hostibus sunt congressi, & prostraverunt ex eis X. milia CCCLXXVII. pluribus insuper dum fuga præsidium quærunt, in transitu fluviorum necatis.* Hæc ille scripta reliquit. Cujus rei miraculo usque hodie merita sancti Rimberti penes Frisones egregia, & nomen ejus singulari quodam gentis colitur desiderio, adeo ut collis in quo sanctus oravit, dum pugna fieret, perpetua cespitis viriditate notetur. *Nordmanni* plagam quam in *Fresia* receperunt in totum Imperium ulturi, cum regibus *Sigafrido* & *Gotafrido* per *Rhenum* & *Mosam* & *Scaldam* fluvios *Galliam* invadentes, miserabili cæde Christianos obtruncarunt, ipsumque regem *Carolum* bello petentes, ludibrio nostros habuerunt. In *Angliam* quoque miserunt unum ex socijs *k Haldani*, qui dum ab Anglis occideretur, *l Dani* in locum ipsius *Gundredum* constituerunt. Ipse autem *Northumbriam* expugnavit, atque ex illo tempore *Fresia* & *Anglia* in ditione Danorum esse feruntur. Scriptum est in gestis Anglorum. Frustra in sanctis signa & miracula quæruntur, quæ habere possunt & mali, quia secundum auctoritatem sanctorum patrum, majus mira-

Cap. 33.

Cap. 34.

h Bonno.

i Nordvvich.

k Haldan.

l Al.clam.

CAP. XXXVI.

miraculum est animam, quæ in æternum victura est, à peccato convertere, quam corpus quod denuo moriturum est à morte suscitare. Vt autem sciamus nec sancto *Rimberto* hanc gratiam defuisse, fertur antiquorum more sanctorum, quædam fecisse miracula frequenter, scilicet dum iret in *Sueoniam*, tempestatem maris oratione sedasse, & cæcum illuminasse, per confirmationem, quam Episcopali more faciebat in eo. Sed & filium regis à dæmonio liberavit. Vbi multis astantibus Episcopis, spiritus immundus sæpe ex ore vexati clamabat, *Rimbertum* solum inter eos digne commissum egisse officium, ipsumque sibi esse cruciatui. Require in *libro vitæ* ejus capitulo xx. Hunc regis *Luthewici* filium *Carolum Crassum* esse arbitramur, qui novissimis Archiepiscopi temporibus à regno depositus, *Arnulfum* germani sui filium accepit successorem. *Historia Francorum* hæc veraciter acta commemorat in *Franconfurd*, anno Cæsaris *Luthewici* XXXIIII.

Cap. 35. Erat igitur sanctus *Rimbertus* cum *Moyse*, vir mitissimus, cum apostolo, qui omnium infirmitatibus compateretur. Præcipuam vero curam habens in eleemosynis pauperum & in redemptione captivorum. Vnde quadam vice, cum ad partes venisset *Danorum*, ubi Ecclesiam novellæ Christianitati constructam habebat in loco qui dicitur *m Sliaswig*, vidit multitudinem Christianorum catena trahi captivam. Quid multa? Duplex ibi miraculum operatus est. Nam & catenam oratione dirupit, & captivos equo suo redemit. Capitulo gestorum ejus XIIX.

m Al. Sles-vvig.

Cap. 36. Et quia vastatio *Nordmannorum* vel *Danorum* excedit omnem crudelitatem, eo plus mirum videri possit, quod sancti confessores Dei *Ansgarius* & *Rimbertus* per tanta pericula maris & terræ, illas gentes intrepidi adibant, & prædicabant, ante quarum impetum nec armati reges, aut potentes Francorum populi subsistere poterant. Nunc autem quomodo

CAP. XXXVII.

defecit

defecit sanctus, quomodo diminutæ sunt veritates à filijs hominum, vix possibile credimus nos genus ignavum, quod tecto gaudet & umbra, ut in tam aspero tempore persequutionis, in tam feroci; *n* quæ vix hominum vivit, natione, in tam remotissima, inquam, ab nostro mundo regione, quisquam vel Apostolus auderet accedere, nescientes illud cotidie & nobis dici, quod Salvator ait discipulis: *Ite in orbem universum, & ecce ego vobuscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi.* Sunt & alia multa quæ de sancto viro copiose in libro suo exarata sunt: in quibus illud memoriale est, quod presbyteri animam defuncti, qui sibi in visu apparens supplicavit, XL. dies in pane & aqua jejunans à tormentis absolvit. Decessor ejus IIII. Cœnobia fundavit, hiis ille quintum addidit in solitudine *o Bukkin.* Cæterum omnium *p* districtam sollicitudinem habens, *Hammaburgensis* cathedræ præcipuam egit curam, tam fratribus quam pauperibus oportuna ministrans solatia.

n Al. quia vix ullius hom.

o Al. Buggind.

p distincta.

CAP. XXXVIII.

Xenodochium *Bremæ* quod à sancto *Ansgario* ad sustentationem pauperum institutum est, ipse nobiliter auxit, & non solum in Episcopatu, sed ubicumque esset, pauperibus alimoniam cum omni diligentia ministravit, nobile posteris verbum relinquens exhortationis; *Non est*, inquiens, *tardandum, ut cunctis subveniamus pauperibus, quia q quis sit Christus, vel quando ad nos veniat, ignoramus.* Eleemosynam verbi incessanter omnibus ministravit: ad quod opus *dicta* sancti *Gregorij* curavit excerpere, quæ & manu sua descripsit. *Epistolæ* ejus diversæ ad plures. Præcipua quædam ad virgines, in qua virginitatem corporis extollens, ostendit multas mente fieri meretrices. Tandem morbo confectus & senio, quos per se non potuit, per *Adalgarium* coadjutorem suum in Domino confortavit, quem etiam manibus regis commendavit. Obiit autem anno DCCC LXXXVIII. Indictione VI. cujus depositio III. Idus Junii celebratur. Sepultus est extra basilicam sancti Petri ab oriente, ut ipse rogavit. Adal-

Cap. 37.

q Al. in quo sit Christus.

Cap. 38. Adalgarius Archiepiscopus sedit annos XX. Annos ejus ex computo supradicto, vitam ex *libro* sancti *Rimberti* discimus. Capitulo XII. cum sanctus *Rimbertus* vestem & professionem susciperet monasticam, mox additur: Ad quod ei solatium deputari insignem placuit conversatione virum gradu diaconum, nomine *Adalgarium*. Hic vir, inquiunt, venerabilis in conversationis ejus imitatione simul & successionis dignitate, adhuc hodie supereſt, cum multis aliis attestans, quod Sanctus pontifex *Rimbertus*, nihil ex occasione curæ pastoralis de *r* monachica perfectione perdiderit & reliqua. Item Capitulo XXI. Cum jam, inquit, senio gravaretur Sanctus *Rimbertus*, etiam continuus ei pedum dolor accessit. Inde apud glorioſissimos reges *Luthewicum* & filios ejus hoc obtinuit, ut insignis vir *Adalgarius*, monachus videlicet *Corbejæ*, in adjutorium illi confirmaretur, quatenus ipse infirmitate detentus, in *Adalgario* haberet solatium circueundi Episcopatum, placita adeundi; & quando exigeretur, in expeditionem vel ad palatium cum comitatu suo proficiscí. Impetravit etiam, ut ipse illi in electione successor confirmaretur, & inter consiliarios regis locaretur, assentientibus fratribus, & Abbate monasterii ejus, ac sancta synodo hæc omnia roborante. CBF. XXXIX

r Al. monastica.

Cap. 39. Ferulam pastoralem suscepit ab *Arnulfo* rege, pallium à papa *Stephano*. Consecratus est autem à *Mogontino* Archiepiscopo *ſ Lindroldo*, seditque difficili tempore barbaricæ vastationis, nec tamen legationis suæ ad gentes, ut in privilegiis videtur, studium omisit. Verum sicut decessores sui, presbyteros ad hoc opus constituros & ipse habere curavit.

ſ Al. Hundroldo.

Cap. 40. De historia Danorum nihil amplius aut scriptum vidi, aut ab alio visum comperi: eo forte casu reor, quod *Nordmanni* vel Dani tunc ab *Arnulfo* rege gravibus præliis usque ad internecionem deleti sunt. Bellum cælitus administratum. CAP. XL.

9. Siquidem centum milibus paganorum prostratis, vix unus de Christianis cecidisse repertus est. Et ita restincta est persequutio Nordmannorum, Domino vindicante sanguinem servorum suorum, qui jam per annos LXX. effusus est. Narrat hæc *historia Francorum*. Audivi autem ex ore veracissimi regis Danorum [t] *Sveni* cum nobis stipulantibus atavos suos numeraret, post cladem, inquit, Nordmannicam, [u] *Heiligonem* regnasse comperi, virum populis amabilem propter justitiam & sanctitatem suam. Cui successit *Olaph*, qui veniens à *Sveonia*, regnum obtinuit Danicum vi & armis, habuitque filios multos, ex quibus *Ebnob* & [x] *Gurd* regnum post patris sui obitum tenuerunt. [Cap. 41.]

[t] Al. Svenonem.

[u] Al. Helligonem.

[x] Al. Giurd.

CAP. XLI.

Anno Adalgarij VII *Hermannus* Colonienſis Archiepiſcopus magnis *Adalgarium* noſtrum fatigabat injuriis, *Bremam* Coloniæ ſubjugare conatus. Collecta igitur apud [y] *Triburiam* Synodo, *Haddone* [z] Moguntino præſidente, caſſata ſunt Apoſtolicæ ſedis privilegia & glorioſorum principum ad nullata ſunt præcepta, conſentientibus iniquis decretis *Formoſo* Papa & *Arnulfo* rege. Deinde facta ſubſcriptione *Adalgarius* Archiepiſcopus in cauda concilij poſitus eſt. Fabula grandis de [a] *Adolino* & *VVidgero*, qui diſceptantes, ad ſpectacula ſynodum traxerunt. Tragœdia lugubris, *VVidgerum* noſtræ partis victum, & poſtero die mortuum. Et amplius ſub *Adalgario* & *Hogero* omni tempore [a] *Brema* Coloniæ facta eſt ſuffraganea. [Cap. 42.]

[y] Al. Triburiam.

[z] Moguntino.

[a] Al. dicunt Bremam Coloniæ ſuffraganeam manſiſſe.

CAP. XLII.

10. Anno deinde ſecundo *Formoſus* Papa obijt, quarto verò poſt *Arnulfus* Imperator, vivens à vermibus conſumptus [b] veneno extinctus eſt.] Sequitur eruptio *Vngarorum*, perſequutio Eccleſiarum. Archiepiſcopus verò noſter ſenex valdè, minus poterat vel inimicis reſiſtere, vel agenda diſponere. Quare à monaſterio Corbejenſi *Hogerum* ſuſcepit adjutorem. Cujus ope fultus ac miniſterio, ipſe emeritæ ſenectutis otio potiretur. Ita omnipotens Deus, qui aliquando juſtos, ut me-

[b] Al. decessit.

liores

liores fiant, temptari permittit, fecit etiam Archiepiscopo nostro cum temptatione proventum, ut posset sustinere. Nam *Sergius* Papa, qui ferè per totidem annos septimus à *Formoso*, calumnias *Adalgarij* miseratus, privilegia *c Bremensis* Ecclesiæ renovavit, & omnia, quæ à *Gregorio* & *Nicolao* decessoribus suis *Ansgario* & *Rimberto* concessa sunt roboravit. Ad hoc quia senectutis pondere gravatus Pontifex *Adalgarius* pastorale officium obire non poterat, circueundo, prædicando & consecrando Episcopos, dati sunt ei adjutores à Papa, circumvicini quinque Episcopi, *Simundus* Halberstadensis, *VVigbertus* Ferdensis, *Biso* Padarbarnensis, *d Bernarij* duo, Mindensis scilicet & Osnaburgensis; quorum ope senex fulciretur. Admanum sunt privilegia Sergii Papæ utriusque data quibus hæc ita continentur. Mirum tamen neque satis cognitum est nobis, an aliqui Episcopi in gentes ordinati sunt ab *Adalgario*, ut privilegium insinuat; an hæc ordinatio Episcoporum in acta remanserit usque ad dies *e Adaldagi*, ut melius confidimus, præsertim quod vastatio barbarica vix dum presbyteros inter se morari consenserit. Nondum enim completæ sunt iniquitates Amorræorum, nec adhuc venit tempus miserendi eorum. Post hæc migravit Archiepiscopus anno Domini *f* DCCCC IX. VII Idus Maji & sepultus est in basilica sancti Michaëlis, quam ipse pro dilectione Magistri super tumbam ejus erexit.

c Al. Hamaburgensis.

d Al. Bernhardi.

II.

e Adalgarii

f Al. 899.

Cap. 43. *Hogerus* Archiepiscopus sedit annos VII. Et hujus annos reperimus in libro superiori, & quod per contentionem ordinatus est à Colonienſi. Pallium suscepit à *Sergio* Papa, Ferulam à rege *Luthewico*. Vnde fuerit aut qualiter vixerit, Deo cognitum est. Invenimus tamen scriptum, in antiquioribus Ecclesiæ libris, uno versu quis fuerit, ita: *Sanctus & electus fuit Hoger septimus Heros.* Sanctitati ejus testimonium asserit veterum traditio, quæ narrat eum severissimum in Ecclesiastica disciplina, pro consvetudine monasteria suæ diœ-

CAP. XLIII

cesis crebro circuisse. Vnde etiam cum apud *Hammaburg* consisteret, exploraturus quid fratres agerent, nocte intempesta *Ramsolam* ad vigilias properavit matutinas. Fidelis, inquam, dispensator & prudens, qui & ipse vigilans pernoctavit, suam familiam dormire prohibens, venienti sponso lætus occurrit, dicens: *Ecce ego & pueri, quos dedit mihi Dominus.*

Anno Domini Hogeri II *Luthewicus* puer depositus est, & *Conradus* Francorum Dux in regem levatus. In isto *Luthewico* vetus *Caroli* finitur prosapia. Hactenus etiam *Francorum* tendit *historia.* Quæ deinceps dicturi sumus, in aliis atque aliis non mendacibus reperimus libris. Aliqua vero recitavit nobis clarissimus Danorum Rex, ita rogitantibus: Post *Olaph*, inquit, Sveonum principem, qui regnavit in Dania cum filijs suis, ponitur in locum ejus *Sigerich.* Cumque parvo regnasset tempore, *g. Hardegon* filius *Sveni à Nordmannia* veniens eum regno privavit. Tanti autem reges, immo tyranni Danorum, utrum simul aliqui regnaverint, an alter post alterum brevi tempore vixerit, incertum est. Nobis hoc scire sufficiat, omnes adhuc paganos fuisse, ac in tanta regnorum mutatione, vel excursione barbarorum, Christianitatem in *Dania*, quæ à sancto *Ansgario* plantata est, aliquantulum remansisse, non totam defeciisse. In diebus illis, immanissima persecutio *Saxoniam* oppressit, cum hinc *Dani* & *Slavi*, inde *Boëmi* & *Vngari* laniarent Ecclesias. Tunc parochia Hammaburgensis à *Slavis*, & Bremensis Vngarorum impetu demolita est. Interea confessor Dei *Hogerus* obiit, & sepultus est in Ecclesia sancti Michaëlis, cum decessore suo anno Domini DCCCCXV. Depositio ejus *b* XIII. Kalend. Ianuarii habetur. Cujus corpus Episcopi, cum post annos *i* centum & x. diruta senio Capellula, quæreretur, præter cruces pallii & cervical Episcopi, nihil potuit inveniri. Et credimus resurrectionem impletam esse, sicut in David & Johanne Evangelista contigit.

Cap. 44.

CAP. XLIV.

g Al. Hardechnut.

CAP. XLV

b Al. XIV.

i Al. centum & XX.

Regin-

Cap. 45. *Reginwardus* vix annum unum sedit. De cujus vita præter nomen aliud nihil ad manum venit. Cum autem successorem ejus concilio apud Althei interfuisse didicerim, quod habitum est anno *Conradi* regis quinto, quo etiam *Hogerus* Archiepiscopus decessit, medium hiis *Reginwardum*, non vixisse plene annum unum deprehendi, nec privilegium ejus uspiam valui reperire. In diebus illis grande miraculum narratur à posteris, *Bremæ* contigisse. *Vngros* scilicet incensis Ecclesiis, ante altaria trucidasse sacerdotes, clerum vulgo mixtum, aut impune occisum, aut in captivitatem ductum. Tunc etiam cruces à paganis truncatæ, ludibrio sunt habitæ; cujus signa furoris usq; ad nostram duraverunt ætatem. Sed Deus Zelotes, cujus ibi derisa est passio, incredulos abire non passus est inultos. Nam subita & mirabilis orta tempestas, à semicremis Ecclesiarum tectis scindulas elevavit, quas in faciem atque ora paganorum rotans, dum fugæ præsidium quærunt, aut influvium præcipitari compulit, aut in manus civium concludi. Nec mora, prostratum gregem, boni pastoris occubitus secutus est. Qui depositus III. Kalend. Octobris una cum prædecessoribus suis, in basilica sancti Michaëlis, commendatus est. CAP. XLVI.

Cap. 46. VNNI Archiepiscopus sedit annos XVIII. Annos ejus, obitumque ut supra cognovi. Memoriæ traditum à fratribus habetur: Cum *Reinwardus* transisset, *Leidradum* Bremensis Chori præpositum, à Clero & populo electum. Qui hoc VNNI pro capellano utens, venit ad Curiam. Rex autem *Conradus*, divino, ut creditur, afflatus spiritu, contempta *k Leidradi* specie, parvulo *Vnni*, quem retro conspexerat stare, virgam obtulit pastoralem. Cui etiam Papa *Iohannes* decimus, ut privilegium indicat, dedit pallium. Erat autem vir, sicut in ejus electione ac transitu videri potest, sanctissimus, pro qua sanctitate *Conrado* & *Heinrico* regibus familiaris & reverendus per- CAP. XLVII.

k Al. Leudradi.

mansit. Vnde & ita versu depingitur: *Principibus nonus Vnni fuit, ordine nonus.* In diebus suis *Vngri* non solùm nostram *Saxoniam*, *l* [aliasque cis Rhenum provincias, verum etiam trans Rhenum] *Lotharingiam* & *Franciam* demoliti sunt. *Dani* quoque *Slavos* auxilio habentes, primò Transalbianos *Saxones*, deinde cis Albim devastantes, magno *Saxoniam* terrore quassabant. Apud Danos eo tempore filius *Hardewick m Gwrm* regnavit, crudelissimus inquam vermis & Christianorum populis non mediocriter infestus. Ille Christianitatem, quæ in *Dania* fuit, prorsus delere molitus, sacerdotes Dei à finibus suis depulit, plurimos quoque per tormenta necavit. At verò Heinricus Rex, jam tunc à puero timens Deum, & in ejus misericordiam totam suam habens fiduciam, *Vngros* quidem multis gravibusque prælijs triumphavit; Item *Bohemos* & *Sorabos* ab alijs regibus domitos, & cæteros *Slavorum* populos uno grandi prælio ita percussit, ut residui, qui pauci remanserant, & regi tributum, & Deo Christianitatem, ultrò promitterent. Deinde cum exercitu ingressus *Daniam n Gwrm* regem primo impetu adeò perterruit, ut imperata se facere mandaret, & pacem supplex deposceret. Sic *Heinricus* victor apud *o Sliaswich*, quæ nunc *p Heidaba* dicitur, regni terminos ponens, ibi & *Marchionem* statuit, & Saxonum coloniam habitare præcepit. Hæc omnia referente quodam Danorum Episcopo, prudenti viro, nos veraciter, ut accepimus, sic fideliter Ecclesiæ tradimus.

l Al. verum circa Rhenum alias-que trans Rhenum provincias m Al. Gomo. Al. Gorm.

Cap. 47.

a Al. Vrom al. Gorm.

o Al. Slasvvigh. p Al. Hedeby.

CAP. XLIX.

Tunc venerabilis Archiepiscopus *Vnni* videns ostium fidei gentibus esse apertum, gratias egit Deo de salute paganorum; præcipuè verò quoniam legatio Hammaburgensis Ecclesiæ, pro temporis importunitate diu neglecta, præveniente misericordia Dei, & virtute regis, locum & tempus operandi accepit. Igitur nihil asperum & grave arbitrans subire posse pro Christo, latitudinem suæ diœcesis per se ipsum elegit circuire.

Cap. 41.

circuire. Sequutus est etiam eum grex Bremensis Ecclesiæ universus, pastoris boni absentia mœsti, secumque & in carcerem & in mortem ire parati. Postquam verò confessor Dei pervenit ad *Danos*, ubi tunc crudelissimus *q Gwrm* regnavit, illum quidem pro ingenita flectere nequivit sævitia; filium autem regis *Haroldum*, sua est prædicatione lucratus. Quem ita Christo fidelem perfecit, ut Christianitatem, quam pater ejus semper odio habuit, ipse haberi publicè permitteret, quamvis nondum baptismi sacramentum percepit. q Al. Orm.

Ordinatis itaque in regno Danorum per singulas Ecclesias sacerdotibus, multitudinem credentium *Haroldo* sanctus Dei commendavit. Cujus etiam fultus adjutorio & legato, omnes Danorum Insulas penetravit, evangelizans verbum Dei gentilibus, & fideles quos illic invenit captivatos in Christo confortans. Deinde vestigia sequutus magni prædicatoris *Ansgarij*, mare *Balticum* navigans, gravi labore venit ad *Bircam*. Quo jam post obitum sancti *Ansgarij* annis LXX. nemo doctor ausus est pertingere, præter solum, ut legimus, *Rimbertum*. Ita persequutio nostros obtinuit. *Birca* est oppidum Gothorum, in medio *Sveoniæ* positum, non longe ab eo templo, quod celeberrimum Sveones habent in cultu Deorum, *Vbsola* dicto: In quo loco sinus quidam ejus freti, quod *Balticum* vel *Barbarum* dicitur, in boream vergens, portum facit barbaris gentibus, quæ hoc mare *r* diffusi habitant, optabilem; sed valde periculosum incautis & ignaris ejusmodi locorum. *Bircani* enim piratarum excursionibus, quorum ibi magna copia est, sæpius impugnati, cum vi & armis nequeunt resistere, callida hostes aggrediuntur arte decipere. Qui sinum maris impacati per centum & amplius stadia latentium molibus saxorum *s* obstruentes, periculosum æque suis, ac prædonibus iter meandi fecerunt. Ad quam stationem, quæ tutissima est, in maritimis Sveoniæ regionibus solent *Danorum*, *Nordmannorum*, *Slavorum* CAP. L. r Al. diffusè. s Al. obruentes.

atque

atque *Semborum* naves, aliique *Scythiæ* populi, pro diversis commerciorum necessitatibus, solenniter convenire.

CAP. LI. In eo portu Confessor Domini egressus, in solita populos appellare cœpit legatione. Quippe *Sveones* & *Gothi*, vel ita si melius dicuntur, *Nordmanni*, propter barbaricæ excursionis tempora, qua paucis annis multi reges cruento dominati sunt imperio, Christianæ religionis penitus obliti, haud facilè poterant ad fidem persvaderi. Accepimus autem à sæpe dicto rege Danorum *t Svein*, tunc apud Sveones imperitasse quendam *Ring* cum filijs *u Erich* & *Emund*, ipsumque *Ring* ante se habuisse *x Amind*, *Biorni* & *Olaph*, de quibus in gestis legitur sancti *Ansgarij*, aliosque quorum non occurrunt vocabula. Et credibile est athletam Dei *Vnni*, eosdem reges, quamvis non crediderint, adisse, eorumque licentia verbum Dei per *Sveoniam* prædicasse. Sicut enim inutile est acta non credentium scrutari, ita impium arbitramur, eorum præterire salutem, qui primum crediderunt, & per quos crediderunt. *Sveones* igitur & *Gothi* à sancto *Ansgario* primum in fide plantati, iterumque relapsi ad paganismum, à sancto patre *Vnni* sunt revocati. *y* [Sufficit hoc scire, ne si plura dicimus, mentiri velle dicamur. *Melius enim est*, ut ait beatus Hieronymus, *vera dicere rustice, quam falsa diserte proferre.*] Cap. 49.

t Al. Sven.

u Herich.

x Amund.

y Quæ hîc signis hisce () inclusa sunt, in MS. Ranzovii deerant.

CAP. LII. Perfecto autem legationis suæ ministerio, cum tandem redire disponeret, Evangelista Dei apud *Bircam* ægritudine correptus, ibidem fessi corporis tabernaculum deposuit. Anima verò, cum multo animarum triumpho stipata, cælestis patriæ capitolium semper lætatura, conscendit. Tunc discipuli pontificis, exequias ejus, cum fletu & gaudio procurantes, cætera quidem membra sepelierunt in eodem oppido *Birca*, solum caput *Bremam* reportantes, quod decenti condiderunt honore, in Ecclesia sancti *Petri* coram altari. Obiit autem peracto boni certaminis cursu in *Scythia*, ut scribitur Cap. 50.

anno

anno Dominicæ incarnationis D CCCC XXXVI. Indictione IX. circa medium Septembr. Hic est annus *Ottonis* Magni primus, à transitu autem sancti *Willehadi* primi Bremensis Episcopi CLXVIII. Ejavos Episcopi, qui domi sedentes, gloriæ, lucri, ventris, somni breves delitias in primo Episcopalis officij loco ponitis; respicite, inquam, istum pauperem & modicum seculi, imò laudabilem, magnumque sacerdotem Christi, qui nuper tam nobili fine coronatus, exemplum dedit posteris, nulla temporum vel locorum asperitate vestram pigritiam excusari posse. Cum per tanta pericula maris & terræ feroces aquilonis populos ipse pertransiens, ministerium legationis suæ tanto impleret studio, ut in ultimis terræ finibus expiransanimam suam poneret pro Christo. a Al. CXLIIX

HIC INCIPIT LIBER SECVNDVS.

Cap. 51. ADALDAGVS Archiepiscopus sedit annos a LIIII. Iste est qui nobis Rempublicam restituit. Genere illustris, ætate juvenis, specie decorus, morumque probitate speciosior. A choro sumptus *Hiltineshemensi*, consanguineus & discipulus beati *Adalwardi* Ferdensis Episcopi, cujus tunc vita probata, fama illæsa, & fides in Palatio erat cognitissima. Quem etiam doctrina & miraculis celebrem, Slavorum ferunt populis eo prædicasse tempore, quo noster *Vnni* ad Scythas legatus extitit. Ejus nimirum opera & testimonio commendatus in curia *Adaldagus*, ferulam pastoralem à magno *Ottone* suscepit; Pallium Archiepiscopale sumsit à Papa VII. *Leone*, manus impositionem, sicut prædecessores ejus, à Mogontino præsule. Necdum autem *Hammaburgensis* cathedra suffraganeos habuit, quos hujus *Adaldagi* studio accepit. *Adaldagus* itaque CAP. I. a Al. LIII.

primo ut ingressus est Episcopatum, *Bremam* longo prius tempore potestatibus ac judiciaria manu oppressam, præcepto regis absolvit, & instar reliquarum urbium immunitate simulque libertate fecit donari. Præcepta regis hæc continentia præsto sunt, & alia. Mox de legatione sua, quæ pro gentium salute primo à prædecessoribus suis recepta, hoc sibi ordine provenit, ut quod alii in lachrymis seminarunt, ipse in gaudio meteret, toto, inquam, animi desiderio succensus, æstuabat, quomodo perficeret, quod religioso pietatis formabat affectu. Et quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, ei Dominus ad voti successum, & prosperitatem temporis & gratiam regis, cujus ita usus est familiaritate, quod à latere ejus raro unquam divelleretur. Nunquam tamen aut necessitati parochiæ defuit, aut legationis suæ curam posthabuit. Quinimo victoriosi & justissimi regis animum in omnibus quæ Dei sunt, paratum cernens, studium ejus ad conversionem paganorum incitare non cessavit: quod etiam pro sententia, ita evenit; Deo cooperante, & piissimi regis dexteram in omnibus corroborante.

CAP. II. *Otto* igitur rex divino fultus auxilio, cum primum ab insidiis fratrum suorum ereptus est, judicium & justitiam populis fecit. Deinde postquam omnia ferme regna, quæ post mortem *Caroli* defecerant, suo imperio subjugarat: in *Danos* arma corripuit, quos ante pater ejus bello compressit. Enimvero tunc rebellare moliti, apud *b Heidebam* legatos *Ottonis* cum Marchione trucidarunt, omnem *Saxonum* Coloniam funditus extinguentes. Ad quam rem ulciscendam, rex cum exercitu invasit *Daniam*; transgressus terminos Danorum, apud *Sliaswig* olim positos, ferro & igne totam vastavit regionem, usque ad mare novissimum, quod à Danis Nordmannos dirimit; & usque in præsentem diem à victoria regis *c Ottinsunt* dicitur. Cui regredienti *Haroldus* apud *Sliaswig* occurrens bellum intulit. In quo utrisque viriliter certantibus *Saxones* victoria potiti, Danos

b Al. Hedaby.

c Al. Ottesunt.

nos ad naves cedere coëgerunt. Tandem conditionibus ad pacem inclinatis, *Haroldus Ottoni* subjicitur, regnumque ab eo suscipiens, Christianitatem in *Dania* recipere spopondit. Nec mora, ipse *d Haroldus* cum uxore sua *Gunhild* & filio parvulo baptizatus est, quem filium Rex noster à sacro fonte susceptum *Suenotto* vocavit. Eo tempore *Dania* cismarina, quam *Jutlant* incolæ appellant, in tres divisa Episcopatus, Hammaburgensi Archiepiscopatui est subjecta. Servantur in Bremensi Ecclesia præcepta Regis, quæ signant Regem *Ottonem* in sua ditione regnum Danicum tenuisse, adeo ut etiam ille Episcopatus donaverit. In privilegiis autem Romanæ sedis videri potest, quod *Agapetus* Papæ Hammaburgensi Ecclesiæ de salute gentium congratulatus omnia quæ à prædecessoribus suis *Gregorio*, *Nicolao*, *Sergio* & cæteris *e Bremensi* concessa sunt Archiepiscopatui, & ipse concessit *Adaldago*. Cui etiam sua vice jus ordinandi *f* [Episcopos] tam in *Daniam*, quam in septentrionis populos, Apostolica auctoritate concessit. Igitur beatissimus Archiepiscopus noster omnium primus ordinavit in *Daniam* Episcopos, *Haroldum* ad *Sliaswich*, *Liafdagum* ad *Ripam*, *g Reinbrandum* ad *h Arhusam*. Quibus etiam illas commendavit Ecclesias, quæ trans mare sunt, in *i Finne*, *Seland*, & *k Scone*, ac in *Sveonia*. Hoc factum est anno Archiepiscopi XII. Et hæc quidem initia cælestis misericordiæ, secutum est tale incrementum Deo cooperante, ut ab illo tempore usque in hodiernum diem, Ecclesiæ Danorum, multiplice Borealium gentium fructu redundare videantur. Quo etiam tempore, Fortissimus Rex *Otto* universos Slavorum populos suo subjicit imperio. Et quos pater ejus uno grandi bello domuerat, ipse Otto deinceps tanta Dei adjutorio potentia constrinxit, ut tributum & Christianitatem pro vita simul & patria libenter offerrent victori, sicque baptizatur gentilium populus universus. Et Ecclesiæ tunc primum in *l Slavania*

Cap. 51.

CAP. III.

d Al. Haraldus.

e Al. Hammaburgensi.

f Al. deest hæc vox.

g Al. Reginbrundum.

h Arhusiam.

i Fionia

k Al. Scaneu

l Al. Slavoniæ.

vania sunt constructæ, de quibus rebus circa finem gestæ ut sunt, oportunius aliquid dicemus.

Igitur post hæc Colonienſis Archiepiſcopus *Bruno* videns jam *Hammaburg* noſtram divina opitulante gratia ſuffraganeos habere, veterem de *Brema*, ſicut in ſcriniis Eccleſiæ noſtræ invenimus, inſtauravit querelam, ſperans ſe quæ voluit eo facilius adepturum, quod filius erat *Ottonis* Regis. Sed dum fruſtra omnibus modis laboraſſet, nec Papæ concilium, nec patris meruit habere auxilium. Ita vir nobilis atque ſapiens auctoritate Pontificis *Adaldagi* facile ſuperatus, in noſtræ gratiam Eccleſiæ cum digna ſatisfactione rediit, prædicans Hammaburgenſem Eccleſiam, quæ in tanto gentilium periculo conſtituta ſit, non debere lædi ab aliquo, verum dignam eſſe, quæ omni conſolationis amore foveatur, & celebretur ab omnibus ubique Eccleſiis. Adhuc poſterisin memoria eſt, quendam *m* Al. Erpo ntim. *Erp* diaconum Pontificis *Adaldagi*, quia fideliter ei adſtiterit in præfata contentione, *Ferdenſi* ab Rege Epiſcopatu donatum, ſimul & alios fratrum, qui in prædicatione *Danorum* & *Slavorum* cum Archiepiſcopo ſtudioſi fuerunt, pro labore ſuo majoribus aſſerunt cathedris intronizatos, (& de ſtudio Adaldagi ad prædicationem gentium, & origine ducum norma.)

Cap. 52.

Nempe ſtudium patris *Adaldagi* totum in converſione, fuit gentium, in exaltatione Eccleſiarum, in ſa- *n* miniſterio Al. lute animarum, pro cujus rei *n* magiſterio meruit vir Deo & hominibus dilectus, ut omnibus in veneratione haberetur, etiam inimicis.

Cap. 53.

CAP. IV. Poſt hæc vero cum Rex victorioſiſſimus *Otto*, ad liberandam ſedem Apoſtolicam vocaretur in Italiam, conſilium habuit, quem poſt ſe vicarium poteſtatis, ad faciendam juſtitiam relinqueret in his partibus, quæ barbaris confines ſunt terminis. Nondum enim poſt tempora Caroli, propter veteres illius gentis ſeditiones, Saxonia Ducem accepit, niſi

niſi Cæſarem. Qua neceſſitate Rex perſvaſus, *Hermanno* primum tutelæ vicem in *Saxonia* commiſit. De quo viro, & progenie viri, quoniam tam Bremenſi Eccleſiæ, quam aliis magno
Cap. 54. ſurrexiſſe videtur excidio, altius ordiri neceſſarium duxi. Vir iſte pauperibus ortus natalibus, primo, ut ajunt, VII. manſis totidemque manentibus, ex hæreditate parentum fuit contentus. Deinde quod erat acris ingenii, decoriſque formæ, cum pro merito fidei & humilitatis, quam Dominis & *o* patribus exhibuit, facile notus eſſet in *p* curia, ad familiaritatem ipſius Regis pervenit. Qui comperta juvenis induſtria, ſuſcepit eum in numero miniſtrorum, deinde nutricium præcepit eſſe filiorum. Mox etiam ſuccedentibus proſperis, commiſit ei vices *q* præfecturæ. In quibus officiis ſtrenue adminiſtratis, dicitur manentes ſuos pro furto in judicium delatos, data ſententia ſimul omnes ad mortem damnaſſe. Cujus novitate facinoris & tunc *r* charus in populo, & clariſſimus deinceps factus eſt in Palatio. Poſtquam vero Ducatum meruit Saxoniæ, judicio & juſtitia gubernavit Provinciam, & in defenſione ſanctarum Eccleſiarum, ſtudioſus uſque in finem permanſit. Nam & Bremenſi Eccleſiæ ac matri *Hammaburg* fidelis extitit ac devotus, multa bona faciens in fratres, & in omnes Saxoniæ congregationes.

o Al. paribus.
p Al. palatio.
q Al. præfectorum.
r Al. clarus.

Cap. 55. Igitur tali viro piiſſimus Rex & Archiepiſcopus noſter, vires ſuas in hac regione commendantes, in Italiam diſceſſerunt. Vbi Rex Epiſcoporum habito concilio *Iohannem* Papam, cui *Octavianus* *ſ* nomen erat, accuſatum criminibus fecit deponi, quamvis abſentem. Nam fuga judicium ſubterfugerat, & in locum ejus promptum Leonem ordinari præcepit. A quo ipſe mox coronatus Imperator, & Auguſtus à populo Romano conſalutatus eſt, Anno regni ſui XXVIII.
Cap. 56. poſt coronatum *Carolum* Romæ CLIII. Eo tempore Imperator cum filio in Italia per quinquennium commoratus,

CAP. V.

ſ Al. cognomentum.

tus, filios *Berengarii* debellavit, Romamque priſtinæ reddidit libertati. Hiis diebus annisque totidem noſter Archiepiſcopus, apud quem ſumma conciliorum pendebat, in Regno Italiæ converſatus eſt. Non ſponte, inquam, ſed quod à Regum latere divelli non poterat, unde *t* magnum Eccleſiæ ſuæ lucrum paravit. Tunc etiam ſanctorum, quibus nunc & in ævum hoc triumphat Epiſcopium, patrocinia collegiſſe traditur. Populus itaque boni paſtoris diuturnam graviter ferens abſentiam, nunciis & literis metum ingerentibus, tandem ut ſuum reviſeret gregem ſollicitare curavit. Cui etiam demum in patriam venienti, totus ſimul populus, & extranei cum ipſis, itinere triduo occurſantes, & præ gaudio flentes, quaſi alteri Johanni clamabant, dicentes; *Benedictus qui venit in nomine Domini.* Reverſus ergo Archiepiſcopus in patriam, *u* duxit in comitatu ſuo *Benedictum* Papam ordinatum, ſed ab *Ottone* Imperatore *x* depulſum, quem in Hammaburg cuſtodiæ *y* mancipari præcepit: Archiepiſcopus vero magno cum honore uſque ad obitum ejus detinuit. Nam vir ſanctus literatusque fuiſſe dicitur, qui & dignus Apoſtolica ſede videretur à populo Romano, niſi quod per tumultum electus eſt, expulſo eo, quem ordinari præceperat Imperator. Igitur apud nos in ſancta converſatione vivens, aliosque ſancte vivere docens, cum jam Romanis poſcentibus ab Cæſare reſtitui debuiſſet, apud Hammaburg in pace quievit. Cujus tranſitus *z* III. Nonas Iulii contigiſſe deſcribitur. Quo in tempore Bremæ claruit *Eilhardus*, vir ſpontanea paupertate clarus, Eccleſiæ præpoſitus, & regulæ canonicæ cuſtos. Tunc & ſcholas Eccleſiæ florentiſſimo ſtudio rexit *Tiadhelmus*, qui fuerat magni Octrici *a* Magdeburg diſcipulus.

Archiepiſcopus autem ſanctorum Martyrum reliquias, quas ab urbe deportavit, magna per parochias ſuas diligentia diſtribuit. Nam anteceſſores ſui Deo ſervientium

t Al. ingens lucrum de peregrinatione ſua Bremenſi Eccleſiæ paravit.

CAP. VI.

u Al. addūt: Sicut audivimus, & cognovimus, & patres noſtri narraverunt nobis.

x Al. depoſitum.

y Al. mandari.

z Al. IV. Non.

a Al. Magdaburgenſis.

Cap. 57.

Cap. 58.

tium animarum quinque cœnobia fundarunt. His ille sextum addidit apud *b Heslinge*, ubi nobilissima Christi virgo *VVendilgard*, & pater ejus *c Haddo* nomine, totum patrimonium suum offerens Deo, & sancto martyri *Vito*, magnam virginum turmam congregavit. Septimam in *Fresia* congregationem fecit, sanctorum virorum, de prædio & oblatione quarundam nobilium matronarum, *d Reingerd* & *VVendele*, ubi reliquias sanctorum locavit, & alia alibi. Hæ sunt reliquiæ sanctorum, quas ab Italia *e* Archiepiscopus deportavit, corpora videlicet *Quiriaci* & *Cæsarii*, *Victoris* & *Coronæ*, *Felicis* & *f Feliciani* *Cosmæ* & *Damiani*.

b Al. Bassilingun.
c Al. Habdo
d Al. Reingerb.
e Al. addūt: Dominus Adaldagus
f Felicianæ

Cap. 59. Cumque sanctus pontifex omnium Ecclesiarum suarum paternam gereret sollicitudinem, Xenodochij Bremensis magnam habuit curam, Quod etiam multo majoribus auxit redditibus, quam antecessores ejus: adeo ut præter hospites, qui frequenter suscipiebantur, quotidiè in hospitali XXIIII pauperes pascerentur. In quo ministerio fidelissimus extitit *Libentius*, quem secum duxit ab Italia. Ipso tempore Magnus *Otto*, subjugatis Christianæque fidei copulatis *Slavorum* gentibus, inclytam urbem *g Magdeburg* super ripas Albiæ fluminis condidit, quam *Slavis* metropolim statuens, *Adalbertum* summæ sanctitatis virum ibidem consecrari fecit Archiepiscopum. Is primus in *Magdeburg* ordinatus XII. annis strenue pontificatum administravit, multosque Slavorum populos prædicando convertit. Cujus ordinatio facta est anno Imperatoris & nostri Archiepiscopi *h* XXXV. & sunt post ordinationem sancti Ansgarij CXXXVII. Magdaburgensi autem Archiepiscopatui subjecta est tota *Slavonia*, usque ad *Penem* fluvium. Episcopatus suffraganei quinque quorum *i Mersburg* & *Cicia* super *Salam* flumen condita, *Misna* verò super Albiam, *Brandenburg* & *k Hevelberg* interius vadunt. Sextus Episcopatus Slavoniæ est *Aldinburg*, quem quia nobis

CAP. VII.

Cap. 60.

g Al. Medenburg.

h Al. XXXV.

Cap. 61.

CAP. IIX.

i Al. Merseburg. Tyscia.
k Hevelberg.

quia nobis vicinior est, Imperator *Hammaburgensi* Archiepiscopatui subjecit, ibique Archiepiscopus noster *l Edwardum* primum ordinavit Episcopum, quem Latinè dicimus *Evagrium*.

l Al. Curaccum, vel Eduardum.

Et quoniam occasio locorum se præbuit, utile videtur exponere, quæ gentes trans Albiam Hammaburgensis Ecclesiæ pertinentes sint *m* parochiæ. Hæc clauditur ab occidente *Oceano Britannico*, à meridie *Albia* fluvio, ab Oriente *Pene* fluvio, qui currit in *mare Barbarum*. Ab Aquilone verò *n Egodore* fluvio, qui *Danos* dirimit à Saxonibus. *Transalbianorum* Saxonum tres sunt populi: primi ad Oceanum *o Thiatmarsgoi*, & eorum Ecclesia *p Mildinthorp*: Secundi *q Holtzati*, dicti à sylvis quas, accolunt; eos *r Sturia* flumen interfluit, quorum Ecclesia *s Sconenfeld*: Tertij, qui & nobiliores, *Sturmarii* dicuntur, eo quod seditionibus illa gens frequenter agitur. Inter quos metropolis *Hammaburg* caput extollit, olim viris & armis potens, agro & frugibus felix: nunc verò peccatorum vindictæ patens, in solitudinem est redacta. Et quamvis (occulto Dei judicio vastata) decorem urbis amiserit, vires tamen adhuc retinet metropolis, viduitatis suæ damna consolans, in provectu filiorum, quos per totam septentrionis latitudinem suæ legationi quotidie videt accrescere. De quibus læta etiam clamare videtur, *Annunciavi & loquutus sum, multiplicati sunt super numerum.*

m Al. diœcesi.
n Egdore.
o Thiedmarsi.
p Al. mater in Melimdorp. 12.
q Al. Olcetæ.
r Al. Stirihaf Scanenfeld.

CAP. IX.

Invenimus quoque limitem *Saxoniæ* qui trans Albiam est, præscriptum à *Carolo* & cæteris Imperatoribus, ita se continentem, hoc est, ab *Albiæ* ripa orientali usque ad rivulum quem Slavi *Mescenreiza* vocant, à quo sursum limes currit per sylvam *t Deluundez*, usque in fluvium *Deluundam*; Sicque pervenit in *u Horchembeke* & *x Heilingspring*, inde ad *y Ludwinestein* & *VVisbircon*, & *z Husinc* progreditur. Tunc in

Cap. 62.

13. t Al. Delvvuder vel Delunder, Al. Delvvudā vel Delundam. u Al. Houechembici. x Al. Hilimpring. y Al. Zinduinsten, z Al. Hyrzing.

in *Horbiſtenon*, vadit in *Travennam* ſylvam, ſurſumque per ipſam in *a Bulilunken*; mox in *Crimeſon*, & rectè ad vadum, quod dicitur *Agrimes vvedel*, aſcendit. Vbi & *b Burgvvido* fecit duellum contra campionem Slavorum, interfecitque eum: ubi & lapis in monumentum poſitus eſt. Ab eadem igitur aqua ſurſum procurrens terminus, in ſtagnum *Colſe* vadit. Sicque ad orientalem campum venit *Zventifeld*, uſque in ipſum flumen *Zventinam*, per quem limes *Saxoniæ*, uſque in pelagus *Scythicum*, & mare quod dicitur *Orientale* delabitur. De cujus freti natura breviter in geſtis Caroli *Einhardus* meminit, cum de bello diceret Slavanico. *Sinus*, ait, *quidam ab Occidentali Oceano orientem verſus porrigitur, longitudinis quidem incompertæ, latitudinis verò, quæ nusquam centum milia paſſuum excedat, cum in multis locis contractior inveniatur. Hunc multæ circumſidentes nationes*, Dani *quidem ac* Sveones, *quos* Nordmannos *vocamus, & ſeptentrionale littus, & omnes in eo inſulas tenent. Adlittus auſtrale* Slavi, *& aliæ diverſæ nationes incolunt, inter quos vel præcipui ſunt, quibus tunc à rege bellum inferebatur* Wilzi, *quos ille una tantum & quam per ſe geſſerat expeditione ita contudit ac domuit, ut ulterius imperata facere minimè renuendum judicarent.*

a Bulinlunken chin.

b Al. Byurguido.

14.

Cap. 63. Hæc ille. Nos autem quoniam mentio Slavorum, totiens incidit, non abre arbitramur, ſi de natura & gentibus *Slavaniæ* hiſtorico aliquid dicamus compendio, eo quod Slavi eo tempore ſtudio pontificis noſtri *Adaldagi* ad Chriſtianam ferè ſint omnes religionem converſi. *Slavania* igitur ampliſſima *Germaniæ* provincia, à *VVinulis* incolitur, qui olim dicti ſunt *VVandali*, decies major eſſe dicitur, quam noſtra *Saxonia*, præſertim ſi *Boëmiam*, & eos qui trans *Oddoram* ſunt *Polanos*, quia nec habitu, nec lingua diſcrepant, in partem adjeceris Slavoniæ. Hæc autem regio cum ſit armis, viris & frugibus opulentiſſima, firmis undique ſaltuum & fluminum terminis clauditur. Ejus latitudo eſt à meridie

CAP. X.

15.

in boream, hoc est, ab *Albia* fluvio usque ad mare *Scythicum*. Longitudo autem illa videtur, quæ initium habet ab nostra *Hammaburgensi* parochia, & porrigitur in orientem, infinitis aucta spatiis, usque in *c Bulgariam*, *Vngriam* & *Graciam*. Populi igitur Slavorum sunt multi, quorum primi ab occidente confines Transalbianis sunt *d VVaigri*, eorum civitas *Aldenburg* maritima. Deinde sequuntur *e Obodriti*, qui altero nomine *Reregi* vocantur, & civitas eorum *Magnopolis*. Item versus nos *Polabingi*, quorum civitas *Racisburg*. Vltra quos *Lingones* sunt & *VVarnabi*. Mox habitant *f Chizzini* & *Circipani*, quos à *Tholosantibus* & *Retharis* fluvius *Panis* separat, & civitas *g Dimine*. Ibi est terminus Hammaburgensis Parochiæ. Sunt & alij Slavorum populi, qui inter *Albiam* & *Odderam* degunt, sicut *Heveldi* qui juxta *h Haliolam* fluvium, & *Doxani*, *i Liubuzzi*, *VVilini*, & *Stoderani* cum multis a lijs. Inter quos medij & potentissimi omnium sunt *Rethary*, civitas eorum vulgatissima *Rethre*, sedes idololatriæ. Templum ibi constructum est dæmonibus magnum, quorum princeps *Redigast*. Simulachrum ejus auro, lectus ostro paratus. Civitas ipsa novem *k* portas habet, undique lacu profundo inclusa, pons ligneus transitum præbet, per quem tantum sacrificantibus aut responsa petentibus via conceditur. Hæc ea significante causa, quod perditas eorum animas, qui Idolis serviunt, congrue novies *Styx* interfusa coërcet. Ad quod templum ferunt à civitate *Hammaburg* iter quatuor esse dierum.

Cap. 65.

CAP. XII. Vltra *Leuticos*, qui alio nomine *VVilzi* dicuntur, *Oddora* flumen occurrit, amnis ditissimus Slavanicæ regionis. In cujus ostio qua Scythicas alluit paludes, nobilissima civitas *l Iulinum*, celebertimam barbaris & Græcis, qui in circuitu sunt præstat stationem. De cujus præconio urbis, quia magna quædam & vix credibilia recitantur, volupe arbitror

Cap. 66.

c Al. Benguàriam.
d Al. Vagri.
e Obotriti qui numero koregi vocantur.
16.
f Chizini.
g al. Dymin.
h al. Haylā al Haloam
CAP. XI.
i al. Leubuzi.
k Al parres.
l Al. Iumne

arbitror pauca inserere digna relatu. Est sanè maxima omnium quas Europa claudit civitatum, quam incolunt *Slavi* cum alijs gentibus Græcis ac barbaris. Nam & advenæ *Saxones*, parem cohabitandi legem acceperunt, si tamen Christianitatis *m* titulum, ibi morantes non publicaverint. Omnes enim adhuc paganicis ritibus aberrant, cœterùm moribus & hospitalitate, nulla gens honestior aut benignior poterit inveniri. Vrbs illa mercibus omnium septentrionalium nationum locuples, nihil non habet jucundi aut rari. Ibi est *Olla Vulcani*, quod incolæ Græcum vocant ignem, de quo etiam meminit *Solinus*. Ibi cernitur *Neptunus* triplicis naturæ: tribus enim fretis alluitur illa Insula, quorum unum viridissimæ ajunt esse speciei: Alterum subalbidæ. Tertius verò motu furibundo perpetuis sævit tempestatibus. Ab illa autem civitate brevi remigio ad urbem trahuntur *n Deminem*, quæ sita est in ostio *Peanis* fluvij; ubi & *Rhuni* habitant. Ibi ad *Semland* provinciam, quam possident *Pruzzi*, navigatur Iter ejusmodi est, ut ab *Hammaburg* vel *Albia* flumine VIII die per terram ad *o Iulinum* pervenias civitatem. Nam si per mare navim ingrederis, ab *Sliasvvig* vel *Aldenburg*, ut pervenias *p* Iuminem, ab ipsa urbe vela tendens XLIII. die ascendens ad *Ostragard* Russiæ. Cujus metropolis civitas est Chiue, æmula Sceptri Constantinopolitani, clarissimum decus *Græciæ*. Sicut ergo prædictum est, *Oddora* flumen oritur in profundissimo *q Meraborum* saltu, ubi & *Albia* fluvius principium sortitur, nec longis ab invicem spatijs, sed diverso currunt meatu. Alter enim, id est, *Oddora* vergens in *Boream*, per medios *VVinulorum* transit populos, donec perveniat ad *Iuminem*, ubi Pomeranos dividit à Wilzis. Alter vero, id est, *Albia* in Occasum ruens, primo impetu *Bohemos* alluit cum *r Sorabis*, medio cursu paganos à *Saxonia* dirimit, novissimo alveo *Hammaburgensem* parochiam à *Bremensi* scindens, victor Oceanum ingreditur *Britanni-*

m al. cultū vel titulum.

CAP. XIII.

n al. Diminem.

o al. Iumano.

p al. Iumnē

q Maracorum.

17.

r Scarabis,

tannicum. Hæc de Slavis & patria eorum, quoniam virtute Magni *Ottonis* eo tempore ad Christianitatem omnes sunt conversi, dicta sufficiant. Nunc ad ea, quæ post mortem Imperatoris, & reliqua tempestate nostri Pontificis acta sunt, calamus dirigatur.

CAP. XIV. Anno Pontificis Adaldagi XXXIIX. *Otto* Magnus Imperator domitor omnium septentrionalium nationum, feliciter migravit ad Dominum, & sepultus est in civitate sua *Magdeburg.* Cui filius ejus *Otto* medianus succedens, per decem annos strenue gubernavit Imperium. Is statim *Lothario* & *Carolo* Francorum regibus subactis, cum in *Calabriam* bellum transferret, à Sarracenis & Græcis victor & victus, apud Romam discessit. Huic tertius *Otto* cum adhuc puer esset in regnum substitutus, annos XXVIII. fortis & justo sceptrum ornanavit Imperio. Hiis tribus, æque fortissimis ac justissimis Imperatoribus, tam charus & familiaris erat Præsul *Adaldagus*, pro virtutum merito & doctrinæ magisterio, ut à latere eorum vix aut raro divelleretur, sicut præcepta Imperatorum ad nutum Archiepiscopi disposita ostendunt, in quibus etiam hoc est notandum, quod tertius *Otto* in *VVildashusen* consistens, præcepta fecit. Eodem tempore *Hermannus* Saxonum Dux obiens, *Bennonem* filium suum reliquit hæredem, qui etiam vir bonus & fortis memoratur, excepto quod degenerans à patre populum rapina gravavit. Apud *Magdaburg* quoque defuncto *Adalberto* Pontifice, *Gisilarius* successit, & ipse vir sanctus, qui novellos *VVinulorum* populos, doctrina & virtutibus illustravit. Cap. 67.

CAP. XV. 18. *Haroldus* Rex Danorum religione ac fortitudine insignis, Christianitatem in regno suo jamdudum benigne susceptam, usque in finem constanter retinuit. Vnde & regnū suum sanctitate & justitia confirmans, ultra mare in *Nordmannos* & *Anglos* suam dilatavit potentiam. *Emund* filius *Erici* tunc Cap. 68.

in

in *Sveonia* regnavit. Is *Haroldo* confœderatus Christianis eo venientibus placabilis fuit. In *f Nordvvegia Hacquin* Princeps erat, quem dum *Nordmanni* superbius agentem, regno depellerent, *Haroldus* sua virtute restituit, & Christicolis placatum reddidit. *t Hacquin* iste crudelissimus ex genere *Inguar* & Giganteo sanguine descendens, primus apud *u Nordmannos* regnum arripuit, cum antea Ducibus regerentur. Igitur *Hacquin* triginta quinque annis in regno exactis obijt, *Harrildum* sceptri relinquens hæredem, qui simul *Daniam* possedit atque *x Nordvvegiam*. *Anglia* autem, ut supra diximus, & in *gestis Anglorum* scribitur, post mortem *y Gundredi*, à filijs ejus *Analaph*, *Sigtrich & Reginold*, per annos ferè centum permansit in ditione Danorum. Tunc vero *Haroldus*, *Hiring* filium suum misit in *Angliam*. Qui subacta Insula à *Northumbris* tandem proditus & occisus est.

f Al. Norruagia Hacon.
t Hacon.
u Normannos.
x Nordmanniam.
y Gudredi.

Cap. 69 | ADALDAGUS igitur Archiepiscopus ordinavit in *Daniam* plures Episcopos, quorum nomina quidem reperimus, ad quas vero sedes specialiter introzinati sint, non facile potuimus invenire. Æstimo ea faciente causa, quod pro rara Christianitate nulli Episcoporum adhuc certa sedes designata fuerit. Verum studio plantandæ Christianitatis quisque in ulteriora progressus, verbum Dei tam suis quam alienis communiter prædicare certabant. Hoc hodie trans *Daniam* per *Nordmanniam* & *Sueoniam* facere videntur. Igitur Episcopi qui in *Dania* ordinati sunt, *z Inhored*, *Liafdag*, *a Reimbrand*, & post eos *Harig*, *Stercolf*, *b Folcbrecht*, *Merha*, & alij. *Odinkarum* seniorem ferunt ab *Adaldago* in *Sveoniam* ordinatum, strenue in gentibus legationem suam adimplesse. Erat enim, sicut fama nos tetigit, vir sanctissimus & doctus in hijs, quæ ad Deum sunt, quantum vero ad seculum, nobilis & origine *Danus*. Vnde & facile barbaris quælibet potuit de nostra religione persvadere. Cæterorum vero Episcoporum vix aliquem

CAP. XVI.

19.

z al. Horedd
a Ragimbrond.
b al. Adelbrech.
al. Adelbricti.

sic clarum prodit antiquitas, præter *Liafdagum* Ripensem, qui & miraculis celebris fuerat, & transmarinis prædicavit, hoc
CAP. XVII. est, *Sveonibus* & *Nordmannis*. In *Aldinburg* ordinavit Archiepi-
c al. Eguardum vel Euvargum scopus primo, ut diximus, *c Edvvardum*, dein *VVegonem*, postea *Eziconem*, quorum tempore *Slavi* Christiani permanserunt. Ita etiam *Hammaburg* in pace fuit. Ecclesiæ in *Slavania* ubique erectæ sunt. Monasteria etiam virorum ac mulierum Deo servientium constructa sunt plurima. Testis est Rex Danorum, qui adhuc hodie supersit, *Suein*; cum recitaret *Slavaniam* in duos de viginti pagos esse dispertitam, affirmavit nobis absque tribus ad Christianitatem omnes fuisse conversos, adjiciens etiam Principes ejus temporis, *Misizza*, *Naccon* & *Sederich*, sub quibus, inquit, pax continua fuit, *Slavi* sub tributo servierunt.

CAP. XIIX. Novissimis itaque Archiepiscopi temporibus res nostræ inter Barbaros fractæ, Christianitas in Dania turbata est, pulchrisque divinæ religionis initijs inimicus invidens homo, superseminare zizania conatus est. Nam tunc *Svenoto* filius Magni *Haroldi* regis Danorum, multas in patrem molitus insidias, quomodo eum jam longævum & minus validum regno privaret, consilium habuit, & cum hijs, quos ad Christianitatem pater ejus invitos coëgit. Subito igitur facta conspiratione, Dani Christianitatem abdicantes *Suein* regem constituunt, bellumque *Haroldo* indicunt. At ille, qui ab initio regni sui totam spem in Deo posuerit, tunc vero maxime Christo eventum rei commendans, cum bellum execraretur, armis se tueri decrevit; & quasi alter *David* procedens ad bellum, filium lugebat *Absalon*, magis illius dolens scelus, quam pericula sua. In quo miserabili, & plus quam civili bello victa est pars *Haroldi*. Ipse autem vulneratus ex acie fugiens,
d al. Iumno ascensa navi elapsus est ad civitatem Slavorum, quæ *d Iulinum* dicitur. A quibus contra spem, quia pagani erant, receptus, Cap. 70.

ptus, post aliquot dies ex eodem vulnere deficiens, in confessione Christi decessit. Cujus corpus in patriam ab exercitu reportatum, apud *Roskild* civitatem, in Ecclesia, quam ipse primus in honorem sanctæ Trinitatis construxit, est sepultum. De cujus fine, cum istum pronepotem suum, qui nunc in Dania regnat *Suein* interrogare maluerim, velut alter *Tydeus*, crimen avi reticuit, me vero paricidium exaggerante; hoc est, inquit, quod nos posteri luimus, quod ipse paricida suo piavit exilio. At ille noster *Haroldus*, qui populo Danorum Christianitatem primus indixit, qui totum septentrionem Ecclesijs & prædicatoribus replevit; ille, inquam, innocens vulneratus, & pro Christo à regno expulsus, martyrij gloria, ut speramus, non carebit. Regnavit autem annos L. obitus ejus in festivitate CAP. XIX. omnium sanctorum contigit. Memoria ejus apud nos & uxoris ejus *Gunhild* perpetua manebit. Hæc in diebus Adaldagi pontificis facta comperimus, cum tamen non omnes ejus virtutes explorare potuimus. Sunt autem qui affirmant, per eum gratias sanitatum factas, & tunc cum adhuc viveret, & post mortem ad sepulchrum ejus, videlicet cæcos frequenter illuminatos fuisse, aliasque multas contigisse virtutes. Certissimum vero est, eum tam nostro populo, quam Transalbianis, & Fresonum genti, leges & jura constituisse, quæ adhuc pro tanti auctoritate viri servare contendunt. Interea senex Præsul *Adaldagus* de legatione sua voti compos effectus, & in omni opere suo domi foriſque prosperatus, in senecta uberi migravit ad Dominum IIII. Kalend. Maji, anno incarnationis Dominicæ DCCCC.LXXXIIX. Indictione I. Anno autem Sacerdotij ejus nobiliter administrati *e* LIIII. & sepultus est in e Al. LIII. Ecclesia Bremensi, à capite *Leuderici* Episcopi á meridiali plaga.

Cap. 71. LIBENTIVS sedit annis XXV. pallium suscepit à CAP. XX. Papa XV. Johanne, virgam Episcopalem meruit ab *Otto-*

ne

ne tertio, primus omnium consecratus est à suffraganeis. Erat itaque vir literatissimus, & omni morum probitate decoratus, ab Italia quondam Pontificem sequutus *Adaldagum*. Cujus etiam vitã æmulatus & magisterium, solus ex dispositione tanti patris dignus inventus est, cui Hammaburgensis cura parochiæ crederetur. Erat enim vir tantæ castitatis, ut raro se mulieribus videndum præbuerit; tantæ abstinentiæ, ut pallida jejunijs ora portaverit; tantæque humilitatis ac caritatis, ut in claustro sicut unus fratrum vixerit. Multæ nimirum virtutes ejus; quippe contentus acquisitis raro curiam adijt pro acquirendis. Domi sedens quietus, parochiæ suæ curam egit diligentissimam, totumque studium ad lucra vertens animarum, districtissima regula omnes congregationes suas custo-
20. divit. Archiepiscopus etiam per se curam egit hospitalis, fratribus & infirmis quotidiano ministrans obsequio, ipse quoque vice sua Xenodochium nepoti suo commendavit *Libentio*.
g Slavia. Dum vero adhuc pax esset in *g Slavania*, Transalbianos populos frequenter visitavit, & matrem *Hammaburg* paterno fovit amore, legationem suam ad gentes, ut prædecessores ejus,
CAP. XXI. studiose executus est, licet dierum obstaret malitia. Quo tempore cum magnam Christianorum persequutionem in *Dania Suein* rex exercuisset, supplicibus Archiepiscopus legatis, crebrisque muneribus laborabat, quatenus ferocis regis animum, mansuetum redderet Christianis. Quibus ille rejectis, in sua nimirum crudelitate ac perfidia sævire non cessavit; unde & ultio divina regem Deo rebellem est subsequuta. Nam cum contra *Slavos* bellum susciperet, bis captus est in *Slaviam* ductus, totiens à *Danis* ingenti auri pondere est redemptus. Nec tamen adhuc ad Deum reverti voluit, quem primo in morte patris offendit, & deinde in nece fidelium irritavit, & iratus furore Dominus tradidit eum in manus inimicorum ejus, ut disceret non blasphemare. Tunc potentis-

simus

simus Sueonum rex *Hericus*, collecto innumerabili, sicut arena maris exercitu, *Daniam* invadit, & occurrit ei *Suein* à Deo derelictus, frustra sperans in Idolis suis. Sed cum utrinque bello navali, (sic enim gens illa confligere solet) omnes copiæ essent Danorum obtritæ, *Hericus* rex victor *Daniam* obtinuit. *Suein* ergo depulsus à regno dignam factis suis à Deo zelote recepit mercedem. Et hæc junior nobis, in avo suo *Suein* recitavit contigisse, justo Dei judicio, quoniam illum dereliquit, quem pater ejus bonum defensorem habuit.

Cap. 73. Ferunt eo tempore classem piratarum, quos nostri *Ascomannos* vocant, *Saxoniæ* appulsam, omnia *Fresiæ* atque *b* *Hathulæ* vastasse maritima. Cumque per *Albiæ* flumi- CAP. XXII.
nis ostium ascendentes irrumperent provinciam, congregati Saxonum magnates, cum parvum habuissent exercitum, egredientes à navibus, apud *Stadium* barbaros exceperunt, quod est oportunum *Albiæ* portus præsidium. Magnum & memoriale, minusque felix erat illud prælium, in quo viriliter utrisque certantibus, nostri tandem minores sunt reperti. *Sueones* ergo & *Dani* totam Saxonum obtrivere virtutem. Capti sunt ibi *Sigafridus* Marchio, *Thiadericus* Comes, & alii illustres viri, quibus vinctis post terga manibus, barbari traxerunt ad naves, pedesque eorum catena strinxerunt, totam exinde provinciam impune deprædantes. Sed cum ex captivis solus marchio *Sigafridus* cujusdam auxilio piscatoris furtim noctu sublatus evaderet, piratæ mox in furorem versi, omnes quos in vinculis tenuerunt, meliores ludibrio habentes, manibus pedibusque truncaverunt, ac nare præcisa deformantes, ad terram semianimes projecerunt. Ex quibus nobiles quidam viri erant, qui 21.
postea multo supervixerunt tempore, opprobrium Imperio,
Cap. 74. & miserabile spectaculum omni facti populo. Quam videlicet plagam mox cum exercitu supervenientes Dux *Benno* & *Sigafridus* Marchio, vindicarunt; in tantum, ut piratæ

b Al. Hadulæ.

omnes, quos apud *Stadium* egressos fuisse diximus, ab ipsis auxiliante Domino fuerunt contriti.

CAP. XXIII.

Altera vero pars Ascomannorum, qui per *VVirraham* flumen egressi *Hathele*, usque ad *i Liestmonam* deprædati sunt, cum maxima captivorum multitudine pervenerunt ad paludem quæ dicitur *Glindesmor*. Vbi à nostris, qui pone sequebantur, offensi, omnes usque ad unum obtruncati sunt; quorum numerus erat xx. millia. Quidam enim eques Saxonum ab eis captus, dum eum Ducem sui facerent itineris, in difficiliora eos paludis loca perduxit, in qua diu fugati, leviter à nostris sunt superati. Qui *k Heriward* nomen habens, perenni Saxonum laude celebratur. Ex illo nimirum tempore piratarum, hostilisque crebra irruptio facta est in hanc regionem. Nam & omnes *Saxoniæ* civitates grandi metu percussæ fuerant; tunc & *Brema* muro muniri cœpit firmissimo. Sed & *Libentius* Archiepiscopus thesaurum Ecclesiæ, omniaque Ecclesiastica fecit ad *Buccensem* deportari præposituram. Tantus itaque timor in finibus hujus parochiæ omnibus erat. Nam & ipse Pontifex Piratas, qui Episcopatum vastabant anathemate damnavit. Quorum unus in *Norwegia* deficiens, per annos septuaginta integro corpore permansit, usque ad Domini *Adalberti* tempora Archiepiscopi, quando *l Alwardus* Episcopus illuc veniens defunctum vinculo excommunicationis absolvit, & mox cadaver in cinerem est solutum.

i al. Listemonam.

k al. Heriuad.

Cap. 75.

l Al. Adalvvardus.

CAP. XXIV.

CAP. XXV.

Post vindictam ergo scelerum, quæ in Ecclesias Dei & Christianos commiserat, *Suein* Rex victus, & à suis desertus, quippe quem Deus deseruit, errabundus & inops auxilii, venit ad *Nordmannos*, ubi *Thrucco* tunc filius *m Hacquini* regnavit. Is licet paganus esset, nulla tamen super exulem motus est misericordia. Ita infelix ille, & à toto rejectus orbe, in *Angliam* transfretavit, frustra solatium quærens ab inimicis.

Cap. 76.

m Al. Haconis.

micis. Eo tempore *Adelrad* filius *n Eggarii* Britannis imperavit. Is non immemor injuriarum, quas *Dani* ex antiquo *Anglis* inflixerant, exulem repulit. Quem tandem, miseratus infortunij, Rex Scotorum benigne susceptit, eumque per bis septem annos, quibus exulavit, secum detinuit, usque ad mortem *Herici*. Hæc parricidæ, avi pericula, *Svein* Rex nobis attonitis, exposuit. Deinde ad *Hericum* victorem reflexit narrationem.

n Al. Egdarius.

Cap. 77. *Hericus* inquit, duo regna obtinuit, Danorum Sveonumque, & ipse Paganus Christianis valde inimicus. Ad quem missus legatus Cæsaris ac Hammaburgensis Archiepiscopi *Poppo* quidam, vir sanctus & sapiens, tunc in Sleswicensem ordinatus Episcopum, de regno Danorum, seu pace Christianorum, Cæsaris partes expostulavit. Quem etiam ajunt pro assertione Christianitatis, cum Barbari suo more signum quærerent, nil moratum, sed statim ignitum ferrum manu tulisse, & illæsum apparuisse. Dumque hoc, facile omnem gentilibus erroris ambiguitatem tollere videretur, iterum sanctus Dei, pro submovendo gentis illius paganismo, aliud æque magnum ostendit miraculum: Tunicam scilicet indutus ceratam, cum staret in medio populi circo, in nomine Domini præcepit incendi. Ipse vero, oculis ac manibus in cœlum tensis, liquentes flammas, tam patienter sustinuit, ut veste prorsus ambusta & infavillam redacta, hilari, & jucundo vultu nec fumum quidem incendij sensisse testatus sit. Cujus novitati miraculi, & tunc multa milia per eum crediderunt; & usque hodie per populos & Ecclesias Danorum celebre *Popponis* nomen effertur. Hæc aliqui apud *Ripam* gesta confirmant, alij apud *o Sliaswig*. Claruit etiam tunc in *Dania*, felicis memoriæ, *Odinkar* senior, de quo supra diximus, qui in *p Finne*, *Seland*, *q Sconia*, ac in *Svedia* prædicans, multos ad Christianam fidem convertit. Ejus discipulus & nepos fuit alter *Odinkar* junior, & ipse nobilis de regio semine Danorum, dives agri, adeo ut ex ejus patrimo-

CAP. XXVI. 22.

o Al. Hedeby, quæ Slasuich dicitur.

p al. Fionia. q al. Scaneg 23.

trimonio Episcopatum *Ripensem* narrent fundatum. Quem dudum Bremæ scholis traditum, Pontifex *Adaldagus* manibus suis baptizavit, suoque nomine *Adaldagus* vocavit. Is ergo à *Libentio* Archiepiscopo nunc ordinatus in gentes, apud *Ripam* sedem accepit. Nam & illustri vita & sanctæ conversationis Deo & hominibus acceptus erat, & Christianitatem in *Dania* fortissime defendit. Hos vero comperimus illo tempore claros in ea regione, aliis qui adhuc supervixerant à diebus *Adaldagi* non ociosis. Qui etiam in *Norwegiam* progressi populum multum Jesu Christo collegerunt. A quibus traditur *Olaph* r *Thrucconis* filius, qui tunc *Nordmannis* imperavit, baptizatus, ex ea gente primus fuisse Christianus. *Olaph* Thrucconis filius, à *Norwegia* expulsus, venit in *Angliam*, ibique suscepit Christianitatem, quam ipse primus in patriam revexit, duxitque à *Dania* uxorem superbissimam ſ *Thore*, cujus instinctu *Danis* etiam bellum intulit. Alii dicunt olim & tunc ab *Anglia* quosdam Episcopos vel presbyteros evangelizandi gratia egressos à Domino, & ab illis *Olaph* baptizatum & cæteros. Quorum præcipuus erat *Iohannes* Episcopus quidam, & alij de quibus postea dicemus. Sed si hoc ita est, non invideat mater Hammaburgensis Ecclesia, si filijs suis etiam extranei benefecerint, dicens cum Apostolo; quidam prædicant per invidiam & contentionem, quidam autem propter bonam voluntatem & charitatem. Quid enim? Dum omni modo sive per occasionem, sive per veritatem Christus annuncietur, & in hoc, inquit, gaudeo & gaudebo.

CAP. XXVII.

r al. Thruc. conson.

ſ al. Thorem.

Cap. 78.

Hericus igitur t Sveonum Rex in *Dania* conversus ad Christianitatem, ibi baptizatus est. Qua occasione prædicatores à *Dania* in *Svediam* transeuntes, fiducialiter agebant, in nomine Domini. Dicebat tamen clarissimus *Sveinus* Rex Danorum, *Hericum*, post susceptam Christianitatem, denuo ad paganismum relapsum fuisse. Quod verò cum *Ottone* tertio

t al. Svedonem.

Cap. 79.

tertio pugnaverit, & victus sit, Rex tacuit, sed ab alijs audivi.

Cap. 80. Mortuo post hæc *Herico*, Svein ab exilio regressus, obtinuit regnum patrum suorum, Anno depulsionis & peregrinationis suæ XIIII. Accepitque relictam *Herici* uxorem, matrem *Olaph*, quæ peperit ei *Knut*, sed nihil illi affinitas connubij profuit, cui Deus iratus erat. *Olaph* autem Rex Svеonum Christianissimus, filiam Slavorum *Estred* nomine de Obodritis accepit uxorem, ex qua genitus est ei filius *Iacobus*, & filia *u Ingard*, quam Rex *Gerzleff* de *Ruzzia* duxit in conjugium. *Olaph* sane qui post obitum patris sui *Herici* regnum super *x* Sveones accepit, cum exercitu superveniens, infelicem *Svein* iterum à regno expulit, & *Daniam* obtinuit. *Svein* autem cognoscens quia Dominus ipse Deus est, redijt in semetipsum, & peccata sua præ oculis habens, pœnitensque oravit ad Dominum; qui exaudiens eum, dedit illi gratiam in conspectu inimicorum suorum, restituitque eum *Olaph* in Regnum suum, eo quod matrem suam habuerit uxorem. Feceruntque pactum ad invicem firmissimum, ut Christianitatem in regno suo plantatam retinerent, & in exteras nationes effunderent. Audiens autem *Olaph* *y Thrucci* filius Rex Normannorum, de conjunctione Regum, iratus est contra *Svein* nimis, ratus illum quasi à Deo derelictum, totiensque depulsum, à sua etiam multitudine facile posse depelli. Collecta igitur classe innumera, bellum intulit Regi *Danorum*, inter *z Sconiam* & *Seland*, ubi solent Reges navali confligere bello. Est autem brevis trajectus *Baltici* maris *a Halsingburg*, in quo loco *Seland à Sconia* possit videri, familiare latibulum piratis. Ibi ergo congressi, *Nordmanni* à *Danis* sunt victi & fusi. *Olaph* namque Rex, qui forte solus remanserat, in mare se præcipitans, dignum vitæ finem invenit. Vxor autem ejus post mortem viri, fame, inediaque, ut digna erat, vitam miserabiliter consumpsit. Narrant itaque aliqui illum fuisse Chri-

Cap. 81.

Cap. 82.

CAP. XXIX.

u al. Ingrod.

x al. Svecos

y al. Thrucis.

z al. Sconiam.

a al. Helsingburg.

stianum, alij Christianitatis desertorem; omnes autem affir-
b prognosticis. mant peritum auguriorum, servatorem sortium, & in avium *b* prænosticis omnem spem suam posuisse. Quare etiam cognomen accepit, ut *Olaph* diceretur. Nam & artis Magicæ, ut a-
24. junt, studio deditus, omnes, quibus illa redundat patria, male-
a In edit. Velleiana hîc rursum quædã addûtur, quæ vide sub finem libri. ficos habuit domesticos, eorumque deceptus errore periit. *c*

Interea millesimus ab incarnatione Domini felici- Cap. 83.
ter impletus est annus, & hic est annus Archiepiscopi XII. Sequenti vero anno fortissimus *Otto* Imperator, qui jam *Danos*, *Slavos*, itemque *Francos* & *Italos* domuerat, cum jam tertio *Romam* victor intrasset, immatura morte preventus occubuit in Domino. Post cujus mortem Regnum in contentione remansit. Tunc Slavi à Christianis judicibus plus justo compressi, excusso tandem jugo servitutis, libertatem suam armis defendere sunt coacti. Principes autem Winulorum erant *Mizzidrog*, & *Mistrovvoi*, quorum ductu seditio inflam-
25. mata est. His ergo Ducibus *Slavi* rebellantes, totam primo *Nordalbingiam* ferro & igne depopulati sunt. Deinde reliquam peragrantes *Slavaniam*, omnes Ecclesias incenderunt, & ad solum usque diruerunt. Sacerdotes autem reliquosque Ecclesiarum ministros variis enecantes supplicijs, nullum trans *Albiam* Christianitatis vestigium reliquerunt. Apud *Hammaburg* eo tempore ac deinceps multi ex clero & civibus in captivitatem ducti sunt, plures etiam interfecti propter odium Christianitatis.

Narravit nobis diu memorandus Rex Danorum, Cap. 84.
qui omnes Barbarorum res gestas ac si scriptæ essent, in
26. memoria tenuit, *Aldinburg* civitatem populosissimam de Christianis inventam esse. Sexaginta, inquit, presbyteri, cæteris pecudum more obtruncatis, ibi ad ludibrium servati sunt, quorum major loci Præpositus *Oddar* nomen habuit, noster consanguineus. Ille igitur cum cæteris tali martyrio consumma-

tus

tus est, ut cute capitis in modum crucis incisa, ferró cerebrum singulis aperiretur. Deinde ligatis post terga manibus professores Dei per singulas Slavorum tracti sunt civitates, aut verbere, aut alio modo vexati, quousque deficerent. Ita illi spectaculum facti, & angelis & hominibus in stadij medio [*d* IIII. Non. Iunij] victorem exhalaverunt spiritum. Multa nimirum in hunc modum per diversas *e* Slavorum provincias tunc facta memorantur, quæ scriptorum penuria pro fabulis habentur. De quibus cum Regem amplius interrogarem; *Cessa*, inquit, *fili, tantos habemus in Dania vel Slavania martyres, quod vix possent libro comprehendi.* Omnes igitur *Slavi*, qui inter *Albiam* & *Oddoram* habitant per annos LXX. & amplius Christianitatem coluerunt, omni videlicet tempore *Ottonum*, ralique modo se à corpore Christi & Ecclesiæ, cui ante conjuncti fuerant, absciderunt. O vere super homines occulta Dei judicia, qui miseretur, cui vult, & quem vult indurat! Cujus omnipotentiam mirantes, videmus eos ad paganismum esse relapsos, qui primi crediderunt: illis ad Christum conversis, qui novissimi videbantur. Ille igitur judex, justus, fortis, & patiens, qui olim, deletis coram *Jsraël* septem gentibus *Chanaan*, solos reservavit *Allophylos*, à quibus transgressi punirentur. Ille, inquam, modicam gentilium portionem nunc indurare voluit, per quos nostra confunderetur perfidia.

27.

d Al. desunt CAP. XXXI.

e al. Nordalbingorũ.

Eo tempore Dux *Slaviæ* petijt filio suo neptem Ducis *Bernardi* dari in conjugium, quod & Dux consensit. Tunc Princeps *VVinulorum* misit filium suum cum Duce in *Italiam*, cum mille equitibus, qui ferè omnes ibi sunt interfecti. Posthæc cum filius Ducis *Slaviæ* pollicitam sibi expeteret uxorem, *Thiadericus* Marchio intercepit consilium, proclamans consanguineam Ducis non esse dandam cani. Iste *Thiadericus* Slavorum erat Marchio, cujus ignavia coegit eos fieri desertores. Qui postmodum ab honore suo depulsus, & ab omni hæreditate

tate sua, apud Magdeburg præbendarius, vitam, ut dignus erat, mala morte finivit. Eodem tempore venerabilis Comes *Heinricus* in *Rosafeldan* fecit præposituram, annuente *Libentio* Archiephiscopo & Ecclesiam consecrante.

CAP. XXXII. Hæc facta sunt ultimo tempore senioris *Libentij*, sub Duce *Bernardo*, filio *Hermanni*, qui populum Slavorum graviter afflixit. Quo etiam tempore contentio *Bernarij* Fer- f Ramsolā. densis Episcopi de *f Ramsola* coram Papa *Sergio* est terminata. [Cap. 85]

28. Anno igitur Archiepiscopi XXII. *Benno* Dux Saxonum g Al. Liudgerus. obiit, & *g Ludgerus* frater ejus, qui cum uxore sua venerabili *Emma*, Bremensi Ecclesiæ plurima bona fecerunt. Apud *Magdaburg* vero *Gisilario* Archiepiscopo *Daganus* successit. Dein- h al. Valdardus. de *h VValthardus* meruit cathedram. Interea Archiepiscopus noster de legatione sua in gentes sollicitus, plures ordinavit Episcopos, quorum nomina & sedes incertæ sunt, quia tempus persequutionis incubuit. Sicut enim patrum relatione cognovimus, *Esico* apud *Sliaswig* Popponi successit *Odinkar*, qui apud *Ripam* insignis fuit, ut supra diximus. Et sermo est post obitum *Adaldagi* Archiepiscopi, totam regionem *Iutland* usque ad nostram ætatem in duos Episcopatus bipartitam esse: tero apud *Arhusan* deficiente. In *Slavaniam* vero ordinavit Archiepiscopus *Folcquardum*; deinde *Reginbertum*: quorum prior à *Slavania* pulsus, in *Sveoniam* vel *Nordmanniam* missus est ab Archiepiscopo, qui multos in Domino lucratus, cum gaudio remeavit. Posthæc omnibus benè compositis, obijt beatus Archimandrita *Libentius*, unaque Ferdensis Episcopus, Anno Domini M. XIII. Indictione XI. & sepultus est in medio chori, ante gradus sanctuarij, pridie Nonas Ianuarij.

CAP. XXXIII. VNWANVS Archiepiscopus sedit annis XVI. Ferulam suscepit ab *Heinrico* Imperatore, Pallium à Papa ma- 29. jore *Benedicto*, de Choro Padarburnensi assumtus est. Clarissimo [Cap. 86.]

simo genere *Immedingorum* oriundus. Præterea dives & largus, omnibus hominibus acceptus, Clero autem apprime benevolus, quibus etiam hortatu *Libentij* tunc Præpositi *i* curtem *Bodegun* obtulit, cujus servitium esset per natales Apostolorum. *Vnvvanus* Archiepiscopus primus omnium congregationes ad Canonicam traxit regulam, quæ antea quidem mixta ex Monachis & Canonicis conversatione degebant. Ille omnes ritus Paganicos, quorum adhuc superstitio viguit, in hac regione, præcepit funditus amoveri, ita ut ex lucis, quos nostri paludicolæ, stulta frequentabant reverentia, facerent Ecclesias duodecim renovari, ex quibus etiam Basilicam sancti *Viti* extra oppidum construi, & Capellam Sancti *Willehadi* combustam jussit reparari. Ipso tempore ferunt aggerem *k Bremensem* firmatum, contra insidias & impetus inimicorum, præcipuè quoniam Dux *Bernardus*, *Heinrico* Imperatori ausus rebellare, terruit & turbavit omnes Ecclesias *Saxoniæ*. Ex illo enim tempore, quo Dux in hac constitutus est regione; nunquam discordia inter geminas domos, scilicet Archiepiscopi & Ducis, cessavit: Illis impugnantibus Regem & Ecclesiam, istis pro salute Ecclesiæ certantibus.

i al. cottem Botegum.

k al. Bremensis oppidi.

Hæc æmulatio partium, dum prius occulta esset, ex eo tempore vires accepit & crevit in immensum. *Bernardus* enim Dux tam avitæ humilitatis, quam paternæ religionis oblitus, primo quidem per avaritiam gentem *Winulorum* crudeliter opprimens, ad necessitatem Paganismi coëgit. Deinde per superbiam beneficiorum immemor, totam secum ad rebellandum Cæsari movit *Saxoniam*. Novissime surgens in Christum, Ecclesias hujus patriæ non dubitavit impugnare, præcipuè nostram, quæ & ditior eo tempore cæteris, & remotior videbatur à manu Imperatoris. Hujus impetum viri *Vnvvanus* Archiepiscopus, sua taliter magnanimitate refregisse dicitur, ut præ pudore sapientiæ ac libertatis Episcopi, cogere-

30.

tur ipse Dux, Ecclesiæ, cui ante adversatus est, deinceps hilaris & benevolus in omnibus existere. Ergo habito nostri Pontificis consilio, rebellis tandem flexus Princeps apud *Scalchinburg* Cæsari *Heinrico* supplex dedit manus. Moxque favente *Vnvvano*, Slavis tributo subjectis, pacem reddit *Nordalbingis* & matri *Hammaburg*. Ad cujus restaurationem venerabilis Metropolitanus post Slavanicam cladem, civitatem & Ecclesiam fecit novam, simul ex singulis congregationibus suis, quæ virorum essent, tres eligens fratres, ita ut duodecim fierent, qui in *Hammaburg* Canonica degerent conversatione, populum ab Idololatriæ revocantes errore. Ordinavit etiam in *Slavaniam* mortuo *Reginberto*, *Bennonem* virum prudentem, qui de fratribus Hammaburgensis Ecclesiæ electus, in populo Slavorum, multum prædicando fructum attulit. In *Dania* supervixerunt *Poppo* Theologus, & ille nobilis *Odinkar* Episcopus, quem pro fide & sanctitate vitæ familiarissimum habuit Archiepiscopus. Hos duos Episcopos solum modo in *Iutland* fuisse comperimus, antequam *Knut* regnum intraret. Solus autem ex nostris *Odinkar* transmarinus aliquando visitavit Ecclesias, *Esico* domi sedit, & cæteros persequutio retardavit. Archiepiscopus etiam alios viros doctissimos ordinavit in *Norvvegiam* & *Svediam*: Alios vero in *Anglia* ordinatos, pro amicitia Regum, cum satisfacerent, ad ædificandam dimisit Ecclesiam. Multos enim eorum secum retinens, omnes autem, cum abirent donis cumulans, ad subjectionem Hammaburgensis Ecclesiæ reddidit voluntarios.

Tal. Scalchisburg.

CAP. XXXIV.

Cap. 87.

CAP. XXXV.

VNWANUS igitur Archiepiscopus, cum esset vir nobilissimus, æque nobilem ac sufficientem liberati suæ sortitus est Episcopatum, in quo & suam posset ostendere magnitudinem, & necessitati simul Ecclesiæ prodesse. Quare Thesaurum Ecclesiæ diu solliciteque collectum, & quasi minus

Cap. 88.

nus necessarium, si infra parietes clauderetur; ipse ad commodum suæ legationis ita curavit expendere, ut ferocissimos Aquilonis Reges hilaritate suorum munerum, ad omnia quæ voluit benignos obedientesque haberet. In qua re non multum, ut arbitror, peccavit, quia seminavit carnalia, ut meteret spiritalia. Quin imo largitio ejus in novella gentium conversione utilissima videbatur: neque adeo nocuit Ecclesiæ, quæ præcedentium diligentia patrum erat opulentissima. Credo enim eum secutum sancti *Ansgarij* exemplum, & cujusdam in Ecclesiastica historia, *Theotimi* Scytharum Episcopi; quorum alter legitur incredulos Reges donis placasse; Alter vero Barbaros natura feroces, epistolis, muneribusque mansvefeciſſe laudatur. Hæc in *m* Apologum Præsulis dicta sufficiant, nunc per Historiæ ordinem redeamus ad Ecclesiæ legationem, quæ tempore *Vnvvani* prosperrimè gesta cognoscitur.

m al. apologiam.

Cap. 39. *Svein* Rex Danorum atque Nordmannorum veteres injurias, tam occisi fratris, quam suæ repulsionis ulturus, classe magna transfretavit in *Angliam*, ducens *n* filium suum secum, & *Olaph* filium *Cræccaben*, de quo supra dictum est. Itaque multo tempore plurimis prælijs adversum *Anglos* exactis, *Svein* veteranum Regem depulit *o Ethilredum*, & Insulam in sua tenuit ditione, verum brevi tempore. Nam tertio Mense postquam victoriam adeptus est, ibidem morte præventus occubuit. *Knut p* filius *Svein* Regis cum exercitu reversus in patriam, denuo bellum molitur in *Anglos*. *Olaph* à Nordmannis electus in Principem, separatus est à regno Danorum. Tunc vero *Knut* ancipiti casu turbatus, pactum inijt cum fratre filio *Herici*, qui regnavit in *Svedia*, ejusque fultus auxilio, deliberavit primo quidem *Angliam* subjugare, deinde *Norvvegiam*. Itaque mille navibus *Knut* armatus, Oceanum transivit Britannicum; per quem, quod nautæ referunt, à *Dania*

CAP. XXXVI.

n al. filium suum Knut

o al. Edilrodum.

32.

p al. qui & filius Sveonis Lambrict nomē habuit.

in *Angliam*, flantibus Eurisi, triduo vela panduntur. Hoc autem mare magnum & valde periculosum, à læva *Orchadas* habet, dextrorsum *Frisiam* attingit. Triennio ergo *Knut* Britanniam oppugnavit, & *Adelrad* Rex Anglorum apud *q Lundonam* obsessus obiit, simul vitam amittens cum regno, justo Dei judicio, qui fratre per Martyrium consummato XXXIIX. annis sceptrum sanguine polluit. Is parricidium taliter expiavit, relinquens filium parvulum nomine *Edvardum*, quem ab *Imma* uxore sua suscepit. Frater vero *Adelradi Emund* vir bellicosus ob gratiam victoris, veneno extinctus est: Filiique ejus in *Ruzziam* exilio sunt damnati. *Knut* ergo *Adelradi* regnum accepit, uxoremque ejus *Immam*, sororem *Richardi* Comitis Nordmannorum sibi conjugio copulavit, & germaniam suam *Margaretam* pro fœdere. Quam deinde repudiatam à Comite, *Knuth* Rex dedit *Wolff* Duci Angliæ, ejusque *r Wolf* sororem copulavit Duci *Gudvino*, callide ratus Anglos per connubia Danis fideliores. Quæres cum non fefellit. Et *Richardus* quidem Comes iram *Knut* declinans, *Hierosolymam* profectus, ibidem obiit, relinquens filium in Nordmannia nomine *Robertum*, cujus filius est iste *Willelmus*, quem Franci *Bastardum* vocant. *Wolff* autem ex sorore Regis *Knut* filios suscepit, *s Bern* Ducem, & *Svein* Regem, *t Guduin* à sorore *Wolf* Ducis, *Svein*, *u Tostin*, & *x Haroldum* genuit parricidas. Quam generationis seriem, quoniam secuturæ lectioni utilem judicavimus, hic inserere videbatur.

CAP. XXXVII. 33. — Cap. 90.

q al. Lundoniam.

34. — Cap. 91.

r al. Vlff.

35.

s al. Biorn. t al. Guduind. u al. Toste. x Haraldū.

CAP. XXXVIII. — Cap. 92.

Victor ergo *Knut* ab Anglia rediens in ditione sua per annos multos regnum *Daniæ* possedit & *Angliæ*. Quo etiam tempore multos in *Daniam* ab *Anglia* adduxit Episcopos. De quibus, *Bernardum* posuit in *Scaniam*, *Gerbrandum in Selandiam*, *y Reinherum in Z Finne*. Quod zelatus noster Archiepiscopus *Gerbrandum* redeuntem ab *Anglia* cepisse dicitur, quem

y Reginerum. z Fionia.

quem ab *a Elnodol.* Archiepiscopo Anglorum ordinatum esse cognovit. Ille verò ut necessitas persvasit, satis faciens, fidelitatem Hammaburgensi Ecclesiæ cum subjectione debita spondens, familiarissimus deinceps Archiepiscopo nostro effectus est. Per quem ille suos etiam legatos ad *Knut* regem transmittens cum muneribus, congratulatus est ei de rebus bene gestis in *Anglia*: sed corripuit eum de præsumptione Episcoporum, quos transtulit ex *Anglia*: quod Rex gratanter accipiens, ita postmodum conjunctus est Archiepiscopo, ut ex sententia ejus omnia deinceps facere maluerit. Hæc nobis de avunculo suo Rex Danorum innotuit, nec de captione *Gerbrandi* tacuit. a Eltrodo.

Cap. 93. Anno Pontificis *Vnvvani* XII. *Heinricus* Imperator, justitia & sanctitate insignis, cum jam *Saxones*, *Italos*, & *Burgundiones* Imperio subjecerat, ad cœleste migravit Imperium. Cui etiam successit in sceptro fortissimus Cæsar *Conradus*; mox *b Polanos & Regem* eorum *Misingum* magna virtute perdomuit, & auxiliatores eorum *Bohemos*, cæterosque *Slavorum* populos sub tributum misit. Cum Rege etiam Danorum sive Anglorum, mediante Archiepiscopo pacem fecit, cujus & filiam filio suo deposcens uxorem, dedit ei civitatem *Sliasvvig* cum Marchia, quæ trans *Egdoram* est, in fœdus amicitiæ. CAP. XXXIX. b al. Polenos.

Cap. 94. Et ex eo tempore fuit regum Daniæ. Inter *Knut & Olaph* Regem Nordmannorum continuum fuit bellum, nec cessavit omnibus diebus vitæ eorum; *Danis* pro Imperio certantibus, *Nordmannis* vero pro libertate pugnantibus. In qua re justior erat causa Regis *Olaph*, cui bellum necessarium magis fuit, quam voluntarium. Si quando autem tempus à bellorum motibus quietum erat, idem *Olaph* judicio & justitia Regnum gubernavit. Inter cætera enim virtutum opera magnum Dei zelum habuit, ita ut maleficos de terra disperderet, quibus cum tota Barbaries exundet, præcipue *Norvvegia* tali- CAP. XL.

bus monstris plena est. Nam Divini, & Augures, Magi, & Incantatores, cæterique satellites Antechristi ibi habitant, Quorum præstigijs & incantionibus infelices animæ ludibrio à Dæmonibus habentur. Hos omnes, & hujusmodi, beatissimus Rex *Olaph* persequi decrevit, ut sublatis scandalis, firmius in regno suo religio Christiana eluceſceret; habuit etiam secum Episcopos & Presbyteros, multos ab *Anglia*, quorum monitu & doctrina, cor suum Deo præparavit, subjectumque populum ad regendum commisit. Ex quibus clari doctrina & virtutibus erant *Sigafrid*, *c Grimkil*, *Rodulf*, *& Bernard*. Hij jussu Regis ad *Sveadiam* & *Gothiam*, & ad cæteras Insulas, quæ trans Nordmanniam sunt, accedentes, Barbaris verbum Dei & Regnum Jesu Christi evangelizabant. Misit etiam Rex nuntios ad Archiepiscopum nostrum cum muneribus, petens supplicitet, ut Episcopos ejus benigne reciperet, suosque ad eum transmitteret, qui rudem Nordmannorum populum in Christianitate confortarent. Simili autem religionis amore alter *Olaph* in *Svedia* dicitur floruisse. Is subditos sibi populos ad Christianam volens convertere fidem, magno laboravit studio, ut templum Idolorum *d Vbsola*, quod in medio Sveoniæ situm est, destrueretur. Cujus intentionem Pagani metuentes, placitum cum Rege constituerunt, ut si ipse Christianus esse vellet, optimam *Sveadiæ* Regionem, quam vellet suo jure teneret, in qua Ecclesiam & Christianitatem constituens, nemini de populo vim recedendi à cultura Deorum inferret, nisi qui sponte ad Christum vellet converti. Hujusmodi Rex placito gavisus, mox in Occidentali *e Gothia*, quæ Danis proxima est, vel Nordmannis, Ecclesiam Deo sedemque fundavit Episcopalem. Hæc est civitas *f Scarane* maxima, in qua petente Christianissimo Rege *Olaph* primus ab *Vnvvano* Archiepiscopo, *Thurgot* est ordinatus Episcopus. Ille vero strenue legationem suam agens in gentibus, duos nobi-

c al. Grinchil,

CAP. XLI.

d Opsola.

e al. Guthia

f al. Scarapa,

les

ies Gothorum populos Christo suo lucratus est labore. Per illum ergo Episcopum Rex *Olaph* ingentia Metropolitano *Vnvvano* direxit munera. Præterea duos idem Rex fertur habuisse filios, quos ambos una cum uxore sua ac populo baptizari præcepit. Quorum alter qui natus est à concubina, *Emund* nomen habuit: Alter *Anund*, quem Rex à legitima genuit uxore, qui cognomento fidei, & gratiæ dictus est *Iacobus*: Juvenis quidem ætate, verum sapientia & pietate omnes præcessit, qui fuerunt ante eum; nec quispiam Regum fuit populo Sveonum tam acceptus sicut *Anundus*.

Cap. 95. Eo tempore cum esset pax firma inter *Slavos* & *Transalbianos*, *Vnvvanus* Archiepiscopus Metropolim *Hammaburg* renovavit, Clerumque dispersum colligens, magnam ibidem tam civium quam fratrum multitudinem adunavit. Itaque cum Duce *Bernardo* frequenter inhabitans locum, sæpe dimidium annum vixit in *Hammaburg*, gloriissimum Regem *Knut* invitans ad colloquium, Slavorumque Satrapas *Vtonem* & *g Sedericum*. Tali modo Pontifex *Vnvvanus* domi forisque clarus, legationem suam in gentibus narratur impleste. Nunc restant dicenda, quæ de Martyrio Regis *Olaph* fama volante cognovimus. *Olaph* igitur Nordmannorum Rex clarissimus, contra *Knut* Regem Danorum, qui Regnum suum impugnavit, perpetuo decertabat prælio, tandemque seditione Principum suorum, quorum uxores propter maleficia à regno sustulit, *Nordvvegia* depulsus est. Et regnavit *Knut* in Nordmannia simul & *h Dania*, quod nulli Regum prius contingere potuit in *Dania*. *Olaph* verò Rex beatissimus totam spem fiduciamque suam in Domino ponens, denuo ad comprimendos Idololarras, bellum instaurat. *i* Itaque ab *Olaph* Sveonum Rege, cujus habebat filiam, & populis Insularum infinitam armatorum congregans multitudinem, patrium regnum vi accepit & armis. Vnde Rex Christianissimus

CAP. XLII.

g al. Sydericum.

Cap. 96. CAP. XLIII.

36.

h al. Anglia.

i Vid. aliam lect. sub fin.

fortu-

fortitudine in hostes, & justitia in suos celebris, ad hoc se in regnum à Deo credidit restitutum, ut jam extunc nemini parcere debuisset, qui vel Magus permanere vellet, aut Christianus fieri detrectaret. Et cum magna ex parte votum suum implesset, pauci qui ex Magis remanserant, in ultionem eorum quos Rex damnavit, ipsum etiam obtruncare non dubitarunt. Alij vero dicunt eum in bello peremptum, quidam autem in medio populi circo, ad ludibrium Magis expositum. Sed & alij sciunt illum ob gratiam *Knut* Regis latenter occisum: quod & verum esse non diffidimus, eo quod regnum ejus invaserit. Igitur *Olaph* Rex & Martyr, tali fine consummatus est, corpusque ejus in civitate magna Regni sui, quæ *Throndempnis* dicitur, cum decenti est honore tumulatum. Vbi usque hodie pluribus miraculis & sanitatibus, quæ per eum fiunt, Dominus ostendere dignatus est; quanti meriti sit in cœlis, qui sic glorificatur in terris. *k* (Regnavit autem annis XII.) Cujus passionis festivitas agitur IIII. Kal. Augusti: omnibus Septentrionalis Oceani populis, *l Sveonum, Gothorum, Semborum, Danorum* atque *Slavorum* æterno cultu memorabilis.

k al. desunt

l al. Nordmannorũ.

CAP. XLIV.

Per idem tempus quidam ab *Anglia*, *Wolfredus* nomine, instinctu Divini amoris *Sveviam* ingressus, Paganis verbum Dei cum magna fiducia prædicavit. Qui dum multos prædicatione sua ad fidem Christianam convertisset, Idolum gentis nomine *m Torstan*, in concilio Paganorum cœpit anathematizare; simulque arrepta bipenni simulachrum in frusta concidit. Qui pro talibus ausis, statim mille confossus vulneribus, animam Martyrij laurea dignam transmisit in cœlum. Cujus corpus Barbari laniatum, post multa ludibria merserunt in paludem. Hæc veraciter comperta, memoriæ tradidi: quamvis sint & alia, quæ adhuc scribi digna sint. Verum de *Vnvvano*, & quæ suo tempore gesta sunt sufficienter dictum est, & sicut æstimo, fideliter. Apud *Magdaburg* ipso

Cap. 97.

m al. Torstans.

ipso tempore *Walthardo* successit *Gero*, deinde *Hunfrid*, ambô viri sancti, & Episcopali nomine digni. Deinde obijt gloriosus Archiepiscopus *Vnvvanus* VI. Kalend. Februatii : Anno Domini M XXIX. Indictione XII. & sepultus est juxta prædecessorem suum à latere sinistro. Et ipso tempore migravit *Poppo* celebertimus Danorum Episcopus, cui mox subrogatus *Esico*, cum ad *Egdoram* fluvium perveniisset, ibidem ægritudine correptus obijt.

Cap 98. LIBENTIUS sedit annos ferè quatuor. Is cum esset nepos alterius *Libentij*; & tunc major domus Præpositus, favore *Cyslæ* Imperatricis ferulam suscepit à Cæsare *Conrado*; pallium verò à Papa *Iohanne* n XIX. Vir simplex & rectus ac timens Deum. Cumque omnibus esset affabilis, singulari quodam amore Clerum dilexit, in opum necessitatibus erat valde compatiens. Ipse igitur vicum trans flumen ab incolis terræ precio redimens, & fratribus offerens XXX. ex eo per annum dari convivia statuit. At vero Xenodochij talem omnino sollicitudinem curavit habere, ut in hac parte sola, negligentias omnium prædecessorum sanare videretur. Adeo redundavit Episcopatus & Præpositura & Xenodochium, ut vix egens quisquam posset inveniri. Sed forte hoc incredibile videtur his, qui hujus temporis egestatem vident : nec fortasse tunc quisquam crederet, ea futura, quæ nunc facta videntur. *Libentius* itaque bonus in Præpositura, multo melior in Cathedra, Legationem suam ad gentes ferventi animo ingressus est. Et primo omnium concilians sibi *Knut* Regem Danorum, in *Seland Gerbrando* subrogavit *Avoconem*, in *Aldenburg* ordinavit *o Meinherum*, *p Thurgoto* autem successorem posuit de *Ramsola Gotescalcum* Episcopum. Illis namque diebus beatissimus *q Thurgot* Episcopus, pro labore prædicationis *Bremæ* cum Archiepiscopo diutius consistens, asperrimo lepræ percussus morbo, diem vocationis suæ cum magna expectavit patien-

CAP. XLV. 37.

n al. XXIX.

CAP. XLVI.

o al. Meinherium.

p al. Thrugoto.

q Thrugotus.

patientia. Tandemque bono consummatus fine, in sancti Petri, sepultus est Basilica. Ubi & *Folquardus* & *Harich*, & magnus *Odnkarus*, & *Poppo* in pace requiescunt. Aderant verò tunc cum Archiepiscopo Prædicatores inclyti, *Odinkar* junior, *Sigafrid* à Svedia, *Rodolf* à Nordmannia Episcopi, narrantes ei, quanta fecerit Dominus in salute gentium, quæ quotidie convertebantur ad Dominum. Quos noster Pontifex, ut par fuit, honorifice dimissos, ad prædicationem denuo misit.

CAP. XLVII. Tempore ille *Conradus* Imperator, filiam *Knut* Regis, *Henrico* filio suo accepit in matrimonium. Et regio statim fastu *Italiam* ingressus, *Knut* Regem itineris sui habens comitem, potentia trium Regnorum Barbaris gentibus valde terribilem, regno fecit justitiam. Ille autem cum tres haberet filios, singulos super singula regna posuit, ipse aliquando visitans *Danos*, aliquando vero *Nordmannos*, sæpissime autem sedit in *Anglia*. Archiepiscopus igitur crebro Metropolim *Hammaburg* visitavit. Nam eo tempore virtute *Knut* Regis, & Ducis *Bernardi*, pax firma trans *Albiam* erat, cum etiam Cæsar *Winulos* bello domuerit. Principes enim eorum Gneus & *Anatrog* Pagani erant; *Vto* vero tertius, filius *Mistivvoi* male Christianus. Vnde & pro crudelitate sua à quodam Saxonum transfuga interfectus est, filium habens *Goteschalcum*, qui per idem tempus apud *Luniburg*, Monasterium Ducis, literalibus erudiebatur studiis, *Gotheschalco* Gothorum Episcopo ejusdem cœnobij curam agente. Verum is comperta morte parentis, ita furore commotus est, ut rejectis cum fide literis, arma corriperet, amneque transmisso, *Winulis* se Dei inimicis conjungeret. Quorum fretus auxilio, Christianos impugnans, multa milia *Saxonum*, in patris prostravit vindictam. Hunc tandem quasi latronum Principem, *Bernardus* Dux capiens, in custodia tenuit, virumque arbitrans fortissimum, juncto secum fœdere, dimisit eum. Qui veniens ad *Knut* Regem, profectus

Cap. 99

Cap. 100.

Festus est cum eo in *Angliam*, & ibi mansit multo tempore.

Cap. 101. Interea Archiepiscopus piis operibus semper intentus, CAP. Ecclesiam suam episcopaliter exornavit, & filios Ecclesiæ XLIX. pastoraliter educans, omnibus erat acceptus; etiam, quod difficile est, Principibus. Suo ergo tempore *Bernardus* Dux, & 38. frater ejus *Theotmarus*, exhortante piissima *Emma*, quæ Ecclesiam valde dilexit, Bremensi Ecclesiæ multa bona fecerunt, suumque Thesaurum Deo & Genetrici ejus, sanctoque *Willehado* confessori, eadem *Emma* ferè totum obtulit. Quæ etiam pro dilectione Pontificis omnes Ecclesiæ filios, tanquam sui essent, fovit. Inviderunt ergo nobis fata, ne diu tali frueremur pastore, qualis erat *Libentius*, dilectus, inquam, Deo & hominibus. Qui in festivitate sancti *Bartholomæi* duas, ut ajunt, ægrescens celebravit missas, finitoque pro more Psalterio, suis æternum lugentibus, eadem die gaudens migravit ad Dominum. Cujus obitus contigit anno Domini *r* M XXXII. *r* al. 1033. Indictione XIII. VIII. Kal. Septembris.

Cap. 102. HERMANNUS sedit annos VIX tres. *f* Cambuccam Pa- CAP. L. storalem à Cæsare *Conrado* meruit: Pallium à Papa mi- 39. nore *Benedicto*, ab Halverstatensi Choro electus, Ecclesiæ ejus- *f* al. cámdem Præpositus fuit. Vir, ut ajunt, miræ simplicitatis, sed burcam. parum habens prudentiæ serpentis; ideoque facile deceptus à clientibus, raro Parochiam visitavit. Semel *Hammaburg* accessit, & tunc cum exercitu veniens, Episcopatum, quasi non suum, despoliavit, abiensque velut terram salsuginis dereliquit. Rapacitatis incentor & auctor consiliorum, quidam *r* tal. Mar- *Macco* fuit, Archiepiscopi Vicedominus. Cæterum nobiles vi- chio. ros habuit Capellanos, *Thiadericum* & *Sindgerum*, quem deinde 40. Romana sedes *Clementem* appellavit. Subdiaconus autem ejus erat *Adelbertus*, postea noster Archiepiscopus, jam tunc minax vultu & habitu, verborumque altitudine audientibus suspectus. Pontifex ergo parvipendens omnia, quæ in Episco-

patu in venit, primo quidem. Musicum *Guidonem* Bremam adduxit, cujus industria Melodiam, & Claustralem disciplinam correxit. Quod solum ex ejus prospere cessit operibus. Deinde antiquissimum sancti Michaëlis Oratorium diruens, corpora trium prædecessorum ejus: scilicet *Adalgarij*, *Hogeri*, *& u Reinvvardi* ab eo loco sustulit, ac recondidit in majori Basilica, sub ipso tribunali. Tunc magnum & utile in gressurus opus, murum civitati circundare voluit, vixque jactis fundamentis, cum opere vitam finivit. Ita magnus ille Pontifex *Hely*, dum suos à rapina non corripuit, etiam in bonis aliquibus, Deo ultionum displicuit. Mortuus est autem in Episcopatu Halverstadensi, dum esset in Prædio suo x *Hildenrothe*. Corpusque ejus *Bremam* revectum subterratum est in medio Chori. Obijt vero quarto Kal. Octobris.

u al. Reginuardi.

x al Hildinrodo.

CAP. LI. BEZELINUS cognomento *Alebrandus* sedit annis decem, vir omni bonorum genere decoratus, Episcopali dignus officio, dilectus Deo & hominibus. Et hunc nobis Ecclesia præstitit Colonienſis. Imperator Conradus obtulit ei baculum, & *Benedictus* Papa Pallium transmisit. Ordinatus est autem à Suffraganeis, & alijs septem Saxoniæ Episcopis. Et hoc in urbe Metropoli *Hammaburg* cum ingenti gloria. Ad laudem beati viri parum est omne quod dicimus, à cujus laude necdum aliquem discordantem audivi. Vt enim brevi quodam indiculo, complectamur imaginem virtutis ejus; Pater Patriæ fuit, Decus Cleri, Salus populi, Terror male potentum, Exemplar benevolentium, Egregius pietate, vel quia omnia vellet ad perfectum ducere, dicta & facta ejus omnia dulci memoria posteris comprehensa. [Videns autem pestiferum morbum de connubio Clericorum magis de die in diem crescere, statuit pedibus in sententiam ire ptædecessoris sui *Libentij*, si tamen Ecclesiam & claustrum antea ad suum perduceret statum.] Et cum omnibus esset talis, qualem singuli desiderabant,

Cap. 103.

41.

rabant, singularis cura ejus & amor super Clericis fuit, de quibus nec tolerare poterat, ut cuiquam malum diceretur verbum. Nam & claustrum renovavit, & Canonicis mensam ipse primus instituit. Prius enim cum præbenda fere tenuis videretur, triginta convivia quæ *Libentius* Episcopus dari per annum statuit, adjectis ex sua parte quibusdam decimis, ita ordinavit, ut albus detur fratribus panis ultra solitam annonam cotidie: In dominicis vero diebus unicuique duplex mellitæ copia. Nam & vinum dari fratribus contra naturam *Saxoniæ* dispositi: Quod etiam in diebus suis ferme peregit. Composita ergo mensa, manum vertit ad claustrum, quod ille, dum prius ligneum esset, lapideum fecit; forma, ut mos est, quadrata, vario cellarum ordine distinctum, & visu delectabile. Deinde murum civitatis à prædecessore suo *Hermanno* orsum, in gyro construens, aliquibus in locis eum usque ad propugnacula erexit; alias quinque aut septem cubitorum altitudine semiperfectum dimisit. Cui etiam ab Occasu porta grandis inhæsit, superque portam firmissima turris, Italico munita opere, & septem ornata Cameris, ad diversam oppidi necessitatem.

Cap. 104. Hæc dum *Bremæ* operis insignia relinqueret, mox ad Ecclesiæ Hammaburgensis ædificationem toto cordis amore accingitur. Ibi enim post cladem Slavanicam, quam supra contigisse retulimus, *Vnvvanus* Archiepiscopus, & cum eo Dux *Bernardus* claustrum nobile de ruinis antiquæ civitatis elevantes, Ecclesiam & diversoria omnia construxerunt lignea. *Alebrandus* vero Pontifex adversus crebras hostium incursiones, aliquod fortius præsidium pro inopia necessarium loci arbitratus, primus omnium Ecclesiam, quæ constructa erat in Matris Dei honore, lapide quadro ædificavit. Aliam deinde sibi domum fecit lapideam, turribus & propugnaculis valde munitam. Cujus æmulatione operis Dux CAP. LII. 42.

provocatus, & ipse domum suis in eodem loco paravit. Ita prorsus civitate renovata, Basilica eadem ex parte una habuit
y al. domũ prætoriam ducis. domum Episcopi, ex alia *y* prætorium Ducis. Voluit etiam nobilis Archiepiscopus *Hammaburg* Metropolim circumdare muro ac munire turribus, nisi velocior ejus transitus, votum
CAP. LIII. ejus impediisset. Trans *Albiam* enim suo tempore ac per totum Regnum pax firma erat. Principes Slavorum *Anatrog* & *Gneus* & *Ratibor*, pacifice ad *Hammaburg* venientes, 43. Duci ac Præsuli militabant. Sed cum diverso modo & tunc & nunc in gente *Winulorum* Dux & Episcopus laborarent, Duce scilicet pro tributo, Pontifice vero pro Christianitate augenda, jam dudum sacerdotum studio, Christiana ibidem Religio convaluisset, si conversionem gentis, avaritia Principum non præpediret. Cap. 105.

Archiepiscopus igitur pro legatione sibi ad gentes credita, more prædecessorum suorum sollicitus, coadiutores prædicationis suæ ordinavit Episcopos; *Rodolfum* ex
z al. Val. Capellanis suis in *Sliasvvig*, *Abellinum* in *Slavaniam*, & *Wal* à Bremensi choro in *Ripam*; cæteris vero qui superfuerunt adhuc viventibus, & in vinea Domini non ociosis. Cap. 106.

CAP. LIV. Anno Pontificis sexto, manu fortis *Conradus* Romanorum Imperator obiit, & successit ei filius *Henricus*, ille qui *Vngros* perdomuit. Eodem tempore memorabiles Aquilonis reges obierunt, *Knut* & *Olaph* germani fratres. Quorum alter, videlicet *Olaph*, Rex Sveonum, successorem Regni habuit filium, de quo supra diximus, *Jacobum*. Sub quo junior
a al. Vlff. *Svein* filius *a Wolff* militavit in *Svedia* XII. annis, qui etiam nobis retulit, *Jacobo* regnante, Christianitatem late in *Sveonia* diffusam esse. Alter vero frater, scilicet *Knut*, in *Angliam* cessit, tenuitque Regna *Danorum*, *Anglorum* & *Nordmannorum* in ditione sua, per viginti duos annos. Post cujus mortem, ut ipse disposuit, succedunt ei filii ejus in Regnum: *Harol-* Cap. 107. Cap. 108.

dus

dus in Angliam, *Svein* in Nordmanniam, *Hardeknut* in Daniam. Iste cum esset filius *Immæ* Reginæ, sororem habuit eam, quam Cæsar *Henricus* postea in conjugium accepit: Cæterum *Svein* & *Harold* à concubina geniti erant. Qui, ut mos est Barbaris, æquam tunc inter liberos *Knut* sortiti sunt partem hæreditatis. *Haroldus* ergo in *Anglia* triennium regnavit. Contra quem frater à *Dania* veniens, in *Flandria* classem adunavit. Sed rex Anglorum morte præventus, bellum diremit. Sicque *Hardeknut Angliam* simul possedit & *Daniam*. Illo tempore

Cap. 109. *Svein* junior dum in *Angliam* iter ageret, tempestate maritima *Hatheloë* navibus appulit. Quem proxima quæque locorum more piratico vastantem, milites quidam Archiepiscopi capiunt, & in præsentiam ejus pertrahunt. Ille vero captivum cum honore recipiens *Bremam* duxit, & juncta secum amicitia post dies aliquot regie donatum permisit abire. Hæc nobis de se Rex ipse narravit, summa laude illum prædicans Archiepiscopum, forma corporis & liberalitate animi omnibus acceptum. Retulit etiam circumstantibus de Regio Pontificis apparatu, & thesauro Ecclesiæ inæstimabili, quem se ait *Bremæ* vidisse, & alia multa.

CAP. LV.

b Hadeloë.

Cap. 110. *Alebrandus* autem Archipræsul omnibus acceptus, à Duce *Bernardo* ac ejus germano *Thiadmaro* pro liberalitate animi valde honoratus est. Solis invisus erat malefactoribus, sicut *Vtoni* Marchioni, cujus superbiam sua confudit magnanimitate.

CAP. LVI.

Cap. 111. [Interea secundus filiorum *Knut*, qui regnavit in Nordmannia, *Svein* obiit. Tunc Nordmanni elegerunt *Magnum* filium *Olaph* Martyris à concubina. *Magnus* ergo statim invadens *Daniam*, duo regna possedit; *Hardeknut* Rege Danorum in Anglia cum exercitu morante. Qui mox adversus *Magnum* pugnaturus consanguineum suum *Svein* classi præfecit. Svein ergo à *Magno* victus, cum in Angliam

CAP. LVII.

44.

remea-

remearet, *Hardeknut* mortuum reperit.] Ipso vero tempore *Ascomanni* & piratæ per ostium *Wirrahæ* progressi, usque ad *Lismonam* venerunt, insperate omnia vastantes. Quibus inde ad naves redeuntibus, bellum ad *Aunon* illatum est, ibique maxima pars eorum trucidata est. Mortuo igitur *Hardeknut* Anglii in locum ejus fratrem ejus *Eduardum*, quem de priori marito *Imma* genuit: Vir magnus & timens Deum. Isque suspectum habens *Svein*, quod sceptrum Anglorum sibi reposceret, pacem cum Tyranno fecit, constituens eum proximum sibi post mortem regni Anglorum hæredem, etiam si filios susciperet. Tali itaque pacto *Svein* mitigatus in *Daniam* remeavit, & multa cum *Magno* prælia exercuit. Qui sæpius victus, ad *Anundum* Regem *Sveonum* fugiens pervenit. Victor ergo *Magnus Daniam* obtinuit simul

CAP. LIIX & *Norvuegiam*. Ad quem Archiepiscopus noster usque *Sliasvvig* pro colloquio venit, habens in comitatu suo Ducem *Bernardum*, & *Thiadmarum* Hildensemmensem Episcopum, & *Rodulfum* ejusdem civitatis Episcopum. Iste

c al. Gunild *Thiadmarus à Dacia* oriundus, cum Regina *c Gunhild* advenit, cujus patrocinio ille meruit Hildensemmensem Episcopa-

d al. Timme. tum. Nam barbarice *d Timmo* vocabatur. In quo colloquio soror *Magni* Regis *Ordulfo* filio Ducis desponsatur. Qui vix

e al. leviri. peractis nuptiis, in gratiam *e* cognati, quendam *Haroldum* Danorum Principem redeuntem ab Vrbe Apostolorum trans *Albiam* obtruncavit innoxium. Cujus mortis causa ea fuit, quod de Regali stirpe Danorum genitus, sceptro propior quam *Magnus* esse videbatur. Ea res initium calamitatis pe-

CAP. LIX. perit in familiam Ducis. *Magnus* autem Rex pro justitia & fortitudine carus erat *Danis*, verum *Slavis* terribilis, qui post mortem *Knut Daniam* infestabant. *Ratibor* itaque Dux Slavorum interfectus est à *Danis*. *Ratibor* iste Christianus erat, vir magnæ inter Barbaros potestatis. Habuit enim octo filios,

Slavo-

Slavorum Principes; qui omnes occisi sunt à *Danis*, dum patrem ulcisci quæsierunt. Ad cujus mortem ulciscendam, jam tunc cum toto exercitu *Winuli* venientes, usque ad *Ripam* vastando progressi sunt. Et forte *Magnus* Rex tunc à *Nordmannia* rediens *f Heidibam* appulit. Qui mox Danorum copiis undique collectis, egredientes à *Dania* Paganos, in campestribus *Heidibæ* excepit, & quindecim milibus occisis, facta est pax & lætitia Christianis deinceps omni tempore *Magni*. Eodem vero tempore *Goteschalcus* post mortem Regis *Knut*, & filiorum rediens ab *Anglia*, contra Slavaniam venit infestus, omnes impugnans, magnumque Paganis terrorem incutiens. De cujus fortitudine & potentia, quam super Barbaros habuit, postea dicemus.

f al. Heidebu, al Heidebium.

Cap. 115. Et hæc quidem forinsecus, dum varia sorte sunt gesta, in *Bremis* status rerum labefactari cœpit: Summisque negatum stare diu. Nostræ quoque invidit prosperitati. In diebus illis nobilissima senatrix *Emma* obiit, uxor quondam *Liudgeri* Comitis, & soror *Meginvverki* Episcopi Padarburnensis, sed vidua jam per annos XL. quæ ingentem thesaurum, quem habuit, totum fere pauperibus & Ecclesiis dispersit, cujus corpus in Bremensi requiescit Ecclesia, anima vero gaudet in cœlesti requie. Quæ dum adhuc viveret, Bremensi Ecclesiæ cortem *Stiplaga*, juxta *Rhenum* dedit. *Lismona* vero, nescio pro quo filiæ delicto, in partem cessit Imperatoris *Conradi*: pro qua re *Gissa* Regina eo tempore [*Bremam* accedens, fratribus multa bona fecit, Ecclesiæ, & omnibus indigenis; deinde *Lismonam* cum Archiepiscopo visitavit.]

CAP. LX.

Cap. 116. Anno Archiepiscopi penultimo, domus sancti Petri *Bremæ* conflagravit, ejusque flamma incendii clausttrum cum officinis, Vrbem cum ædificiis totam consumsit, veterisque habitaculi nullum remansit vestigium. Ibi sacræ Thesaurus Ecclesiæ, ibi libri, & vestes, ibi omnia ornamenta

CAP. LXI.

45.

sunt consumta. Et hæc quidem rerum damna facilè recuperari possent, si majora non pateremur in moribus detrimenta. *Multum enim distant*, ut quidam ait, *damna morum, à damnis temporalium rerum, cum illa intra nos sint, ista extra nos.* Sane ex illo tempore fratribus, qui ante Canonice vixerant, extra claustrum vagantibus, Regula sanctorum Patrum, per multa prius sæcula studiosè conservata, primo negligentius haberi cœpit, deinde funditus abjecta consenuit. Et sunt anni ab ordinatione sancti *Willehadi*, cum Bremensis Ecclesia fundata est, usque ad finem *Alebrandi*, quando eadem Ecclesia combusta est, ferme CCLXX. Combusta est autem intrante Autumno, quod est III. Idus Septemb. Eo tempore Archiepiscopus in *Fresiam* iter egit. Qui conflagratione audita Ecclesiæ, mox pedem retorsit, jactisque sequenti æstate fundamentis, ad formam Colonienſis Ecclesiæ disposuit hujus nostræ magnitudinem perficere. Et profecto si longiorem sibi vitam fata concessissent, omne opus Ecclesiæ paucis perfeciſſet annis. Tanta erat illius animositas, & in omni opere instantia, præcipue vero in Templi ædificatione. Porro sola æstas, quæ inceperat hoc opus, fundamenta Ecclesiæ jacta, columnas & arcus earum, lateraque in altum erecta vidit. Transacta autem hyeme, cum jam Paschalis immineret festivitas, beatissimus Pontifex *Alebrandus* pridie ante Dominicam cœnam, non inscius, ut credo, vocationis suæ, ab Ecclesia *g Schirmbeke Bremam* nudis pedibus accessit. Vbi multa oratione cum lacrymis effusa, Deo & sanctis ejus commendavit Ecclesiam. Cumque jam febribus tangeretur, navigio ad *h Buccensem* delatus est Præposituram, ibique septem supervixit dies. Sic terrenum phasc cælestibus mutans azymis, anima ejus gaudens transivit ad Dominum. At vero corpus Antistitis cum ingenti luctu sequentium occurrentiumque per alveum *i Wisuræ* fluvii *Bremam* deportatum; in medio

46. CAP. LXII. Cap. 117.

g al. Velsta-de, ut alii affirmant.

47.

h al. Hu-sensem.

i al. Visulæ

medio novæ, quam ipse tunc orsus est, Basilicæ tumulatum est. In quo similiter loco primum Altare majus situm fuerat, juxta Mausoleum sancti patris *Willehadi*. Per idem vero tempus apud *Magdaburg* fœlicis memoriæ *Hunfrid* Archiepiscopus obiit, cui *Engilhard* rejecto *Winthero*, qui Episcopatum sprevit, successit. Anno Domini M. XLIII. contigit depositio dilecti patris nostri *Alebrandi*, circa diem XVII. Kal. Maij, Indictione XI. Vale in Christo Pastor amabilis, tuoque gregi nunquam obliviscende. Transi ad Pascha cœlorum, ubi cum agno Paschali epuleris in azymis sinceritatis & veritatis. Recipere feliciter in æterna tabernacula, ubi cum Angelis indeficua læteris beatitudine. Quamdiu enim temporali nobiscum fruebaris vita, pastoralis curæ officia nobiliter implesti. Vita & doctrina, omnia nobis dulcia. Nunc autem raptus es, ne malitia mutaret intellectum tuum. Ideoque pius Dominus properavit educere te de medio iniquitatum, ut fructum laborum tuorum pleniter perciperes, etiamsi non omnia bona perfeceras, quæ voluisti. Ergo justitia tua manet, & memoriale tuum non derelinquetur in sæculum sæculi. CAP. LXIII.

INCIPIT LIBER TERTIUS.

Cap. 118. ADALBERTVS Archiepiscopus sedit annis undetriginta. Virgam pastoralem suscepit ab *Henrico* Imperatore, filio *Conradi*, qui à Cæsare Augusto in solio Romanorum Imperatorum XC. sedisse reperitur, exceptis hiis, qui simul cum alteris regnabant. Pallium Archiepiscopale, ut prædecessores sui, per legatos suos accepit à supradicto Papa *Benedicto*, quem in ordine Romanorum Pontificum post Apostolos, fuisse CXLVII. reperimus. Ordinatio ejus facta est *Aquigrani*, Cæsare præsente, cum Principibus, astantibus etiam CAP. I.

XII. Episcopis, & manum imponentibus. Cujus benedictionis copiam ipse multotiens, sibi maledicentibus objecit, subridens, *se non posse maledici ab aliquo, qui à tantis Ecclesiæ patribus ab initio simul tam solenniter benedictus fuerit.* De cujus virigestis & moribus cum difficile sit aliquid dignum scribere, ad scribendum nos cogit necessitas, quoniam promisimus libelli hujus tenorem. O venerabilis Præsul *Liemare*, usque ad Pontificatus tui diem extendere. Vnde licet stulte audacterque hoc introjerim pelagus, nunc tamen haud imprudenter feciſſe videar, si ad littus properabo. In quo littore, accessione vix aliquem, imperitiæ meæ portum video: Ita plena sunt omnia scopulis invidiæ, detractationumque asperitatibus, ut ea, quæ laudaveris, adulatione carpant, quæ vero delicta reprehenderis, fieri dicant ex malevolentia. Cum tamen vir ille memorabilis omni genere laudum possit extolli, quod nobilis, pulcher, sapiens, eloquens, castus & sobrius. Hæc omnia in se ipso continebat, itemque alia bona, quæ extrinsecus homini solent accidere, videlicet ut sit dives, & felix, ut gloriam habeat & potentiam, omnia sibi abunde fuerunt. Præterea in legatione gentium, quod primum est Hammaburgensis Ecclesiæ officium, nemo unquam tam strenuus potuit inveniri. Item in divinis Ministeriis solemniter obeundis, in honore sedis Apostolicæ, in fidelitate Reipublicæ, in solicitudine etiam suæ Parochiæ, vix poterat habere comparem, aut qui in cura pastorali vigilantior esset in omnibus; si ita perseveraſſet. Nam cum talis fuerit ab initio, circa finem deterior videbatur, ad quem virtutis suæ defectum corruit, vir non bene cautus; tam sua negligentia, quam cæterorum impellente malitia. De quibus suo loco postea latius dicetur. Quoniam vero difficile est omnes viri actus aut bene, aut pleniter, aut in ordinem posse diffiniri à me: præcipua gestorum ejus summatim quæque delibans, affectu

Cap. 119.

CAP. II.

con-

condolentis ad eam pervenire desidero *k* calumniam, qua nobilis & dives Parochia Hammaburgensis & Bremensis altera vastata est à Paganis, altera discerpta à Pseudo-Christianis. Igitur narrationis initium tale faciam: ut statim ex moribus ejus possint omnia cognosci. k al. calamitatem.

Cap. 120. Erat nimirum vir genere nobilissimus, honore primo, Halberstadensis Præpositus, ingenio acri, & instructo multarum artium supellectile. In divinis & humanis magnæ prudentiæ, & ad ea, quæ auditu vel studio collegit, retinenda vel proferenda memoriæ celebris, eloquentiæ singularis. Tum præterea, quod forma corporis erat speciosus, castitatis amator fuit. Largitas ejusmodi, ut petere haberet indignum, tarde aut humiliter acceperit, prompte vero hilariterque sæpe non petentibus largiretur. Humilitas in eo dubia videbatur, quam solis exhibuit servis Dei, pauperibus & peregrinis, adeo ut sæpe, antequam cubitum iret, triginta & amplius mendicantibus, ipse genu flexo pedes lavaret. Principibus autem sæculi & coæqualibus suis humiliari nullo modo voluit. In quos etiam aliquando exarsit zelo, ut hos luxuriæ, illos avaritiæ, quosdam infidelitatis arguens, nulli demum parceret, quem notabilem cognovit. Itaque multis virtutibus in unum vas congregatis, poterat vir talis esse dicique beatus, nisi unum obstaret vitium, cujus deformitas omnem decorem *l* illius obnubilaret, hoc erat Cenodoxia, familiaris divitum vernacula, quæ prudenti viro talem peperit invidiam, ut multi etiam, bona quæ fecit plurima, dicerent pro mundana fieri gloria. Sed videant ejusmodi ne temere illum judicent; hoc scientes, quod in rebus ambiguis, absolutum non debet esse judicium: ut in quo alterum judices, te ipsum non condemnes. Nobis autem qui cum illo *m* fuimus cotidianamque *n* ipsius conversationem inspeximus, notum est, aliqua illum, sicut hominem, pro honore sæculi, multa vero CAP. III. l al. Præsulis illius. m al. vixi-mus. CAP. IV. n al. viri-

vero pro Dei timore feciſſe, ſicut bonum hominem. Et quamvis largitas ejus, in cunctis, modum excederet; inveni tamen eam largiendi rationem, quod pro ditanda Eccleſia ſua quoſdam ſtuduit obſequiis placare, ſicut Reges & eorum conſilio proximos; alios autem qui Eccleſiæ ſuæ aliquo modo nocere videbantur, acerrimo perſequutus eſt odio, ſicut Duces noſtros, & nonnullos Epiſcopos. Audivimus eum ſæpenumero [o dixiſſe], pro lucro Eccleſiæ ſuæ ſe, ſuosque parentes devoviſſe; adeo, inquit, nemini parcam, nec mihi, nec fratribus, nec pecuniæ, nec ipſi Eccleſiæ, ut Epiſcopatus meus aliquando liberetur à jugo, vel par cæteris efficiatur. Quæ omnia melius in ipſo Hiſtoriæ p textu pandentur, ut videant ſapientes, quam coëacte, & non temere, immo probabili ratione fecerit aliqua, in quibus deſipuiſſe, vel inſaniſſe, à non intelligentibus videtur.

o al. deeſt hæc vox.

p al. contextu.

CAP. V. Anno ordinationis ſuæ primo, poſtquam Pontifex ſolenniter inthronizatus, Eccleſiæ nuptias *Bremæ* peregit, videns Baſilicæ noviter incœptæ opus immenſum vires quærere maximas, nimis præcipiti uſus conſilio, ſtatim muros civitatis à prædeceſſoribus ſuis orſum, & quaſi minus neceſſarium deſtrui fecit, lapideſque in templo juſſit poni. Nam & turris ſpecioſa, quæ ſeptem Cameris ornata fuerat, tunc funditus diruta eſt. Quid loquar de clauſtro? quod lapide polito conſtructum, pulchritudine ſua viſus contuentium refecit, & hoc Præſul abſque mora diſſipari præcepit, quaſi aliud pulchrius cito facturus. Cogitaverat enim, ut ipſe nobis ſcifcitantibus de ea re aperuit, q Refectorium, Dormitorium, Cellarium, & cætoras fratrum officinas, per omnia ex lapide facere, ſi locus aut ocium ſuppeditarent. Ad quæ omnia, cum ſibi cuncta abunde ad manus fore gloriaretur, ut pace fratrum dicam, ſolam Clericorum & lapidum penuriam ſæpe querebatur. Interea fervet opus, ſurrexit Eccleſiæ murus, cujus,

Cap. 121.

q al. refectorium.

cujus formam ante *Alebrandus* adinstar *Colonienſis* incæpit; ipſe vero ad exemplum *Beneventanæ* domus cogitavit perducere. Anno tandem VII. incœpti operis moles, à fronte eſt levata, ac principale Sanctuarii Altare in honore Sanctæ Mariæ dedicatum. Nam ſecundum in Occidentali abſida conſecrandum Altare in *r* honorem Sancti Petri diſpoſuit, ſub cujus invocatione legitur antiqua Baſilica extructa fuiſſe. Emergentibus itaque multis Archiepiſcopo anguſtiis, opus imperfectum uſque ad XXIIII. Pontificii annum permanſit, cum & ego indigniſſimus Eccleſiæ Dei matricularius *Bremam* veni: Et tunc demum templi parietes dealbabantur, Occidentalisque crypta Sancto Andreæ dedicata eſt.

r al. animorem.

Cap 22. Et quoniam magnus Pontifex vidit Eccleſiam Epiſcopatum ſuum, quem prædeceſſoris ſui Adaldagi prudentia liberaverat, iniqua Ducum potentia iterum vexari, ſummo niſu reddere conatus eſt eandem Eccleſiam priſtinæ libertati, ita ut nec Dux, nec Comes, nec aliqua judicialis perſona quampiam *ſ* jurisdictionem aut poteſtatem in ſuo haberet Epiſcopatu. Quod niſi per odium fieri nequivit, dum correpti pro nequitia Principes, ad iram magis accederentur. Ajuntque *Bernardum* Ducem cum pro nobilitate ac ſapientia ſuſpectum habuerit Pontificem, ſæpe dixiſſe, *illum quaſi exploratorem poſitum in has regiones, qui infirma terræ alienigenis & Cæſari eſſet proditurus. Ideoque dum ipſe, aut aliquis filiorum ejus advixerit, Epiſcopum nunquam bonum in Epiſcopatu diem habiturum.* Quod in Epiſcopi pectus verbum altius quam quiſquam ratus erat, deſcendit. Itaque ex eo tempore ira & metu anxius, *t* moliri atque in animo habere cœpit ea, quæ Duci & ſuis profutura non eſſent. Diſſimulatoque ad tempus animi dolore, cum alia via conſilium non inveniret, totus ad auxilium Palatii confugit, nec ſibi, [*u* nec ſuis, nec Eccleſiæ] pepercit, Cæſarem & aulicos placando, dum modo id efficeret, quo Eccleſia poſſet liberari.

CAP. VI.

ſ al. diſtrictum ſeu poteſtatem.

CAP. VII.

t al. parare, atque ea modo cum animo &c.

u al. aut ſuis aut ipſi Epiſcopatui.

berati. Proinde visus est tantos in curia labores toleraſſe, x tantisque ubique terrarum expeditionibus cum suis sponte desudasse, ut infatigabilem y ejus constantiam miratus Cæsar, ad omnia Reipublicæ consilia eum habere primum maluerit. Expeditiones vero quas in *Vngriam*, z *Slavoniam*, *Italiam* & a *Flandriam* cum Cæsare fecit, multæ sunt. [Cap. 123.] Quæ dum singulæ Episcopii sumptibus, multisque familiarum oppressionibus exigerentur, duarum tantum nos mentionem facere cogimur; hoc est *Italicæ*, quæ prima fuit, vel *Vngaricæ* quæ postrema, eo quod præ cæteris fuerint insignes, nobisque ambæ infeliciter evenerint. At de *Vngarica* quidem dicetur in fine, nunc de *Italica* videamus.

x al. tantasque u. t. expeditiones. y al. ejus virt. z Sclavoniam. a Al. Et Franciam cum Cæsare Pontifex egit.

CAP. IIX. *Henricus* itaque Rex domitis vel compositis Pannonum seditionibus, Ecclesiastica exigente necessitate *Romam* tractus est, comitem habens cum cæteris Imperii magnatibus & nostrum Archiepiscopum. [Cap. 124.] Vbi depositis qui pro Apostolica sede certaverant *Benedicto*, b *Gratiano* & *Sylvestro*, *Adalbertus* c Archiepiscopus eligi debuit, nisi pro se collegam posuisset *Clementem*. A quo mox Rex Heinricus coronatus, Imperator & Augustus vocatus est. Posthæc Im-

b al. Germano c Pontifex 48.

CAP. IX. peratorem ab *Italia* revertentem, Archiepiscopus *Bremam* vocavit, occasione data, quasi *Lismonam* visere deberet, vel Regem *Danorum* ad Colloquium invitare; sed revera Ducum ut fidem exploraret. [Cap. 125.] Imperator autem *Bremæ* regio, ut decuit, apparatu receptus, cortem quæ *Balga* dicitur, fratribus obtulit, Ecclesiæ vero comitatum *Fresiæ* concessit. d Inde *Lismonam* veniens per insidias à *Thiadmaro* Comite circumventus [e est, sed] Archiepiscopi nostri studio defensus. Quare idem Comes à Cæsare in jus vocatus, cum se duello expurgare mallet, à satellite suo est interfectus. Cujus mortem Germanus Dux, filiique illius zelantes in Archiepiscopum, ex eo tempore ipsum & Ecclesiam, Ecclesiæque familiam letali persequuti

d vid infra al. lect. e Al. desunt

sequuti sunt odio. Cumque pax ficta interdum utrasque conciliasse videretur partes, nihilominus tamen illi qui Ducem sequebantur, antiqui memores odii, quod patres eorum in Ecclesiam exercuerunt; nostros inquietare & impugnare non cessabant, affligentes omnibus modis. *Exsurge ergo Domine, & judica causam tuam, memor esto opprobrii servorum tuorum.*

Cap. 116 Metropolitanus autem contra bonis certans studiis, CAP. X. & beneficiis redimens tempus, quoniam dies mali erant, pacem cum Ducibus fecit. Deinde vero sollicitudinem gerens Parochiæ, aliquid *d* magnum dignumque cogitavit, ubique nobilitatis suæ monumentum relinquere. Et primo quidem flocci pendens auream decessorum mediocritatem, vetera contempsit, nova molitus omnia [perficere. Igitur magnis animi & sumptuum] conatibus pugnans, ut *Bremam* cæteris coæquaret urbibus, statim ex bonis, quæ ipse acquisivit, duas fecit Præposituras; unam sancto *VVillehado*, ubi corpus ejus aut requiescit, aut translatum est: alteram sancto *Stephano*, cujus se famulum multotiens gloriabatur. *e* Has duas construxit à principio, verum etiam alias postea fecit, hoc est in Bremis: Tertiam Sancto *Paulo*, de bonis quæ hospitali pertinebant. *f* *Liasmonæ* quartam de prædio ejusdem cortis: Quintam voluit fieri apud *g* *Starhe*: Sextam vero transalbiam in *Sullenberg*: Septimam quoque incœpit in *Aspice*, qui locus in Mindensi Parochia est, sylvestris & montosus. Octava est Abbatia *Gozzicana* juxta *Salam* fluvium, quæ fundata est à parentibus Archiepiscopi. Alia etiam pluri- CAP. XI. Cap. 127. ma diversis locis inchoavit opera, quorum pleraque ipso adhuc vivente defecerunt, & Reipublicæ negotiis intento; sicut illa domus lapidea, quæ in *Aspice*, ipso præsente, subito casu lapsa corruit. Cætera vero ex raptu vel negligentia Præpositorum dissipata probantur, in quos comperta fraude, atrociter aliquando ultus est Archiepiscopus. Qua in re il-

d al. magnum vel se dignum.

e Al. Ipse Archiepiscopus has duas construxit.

f al. Liasmonæ.

g al. Stade.

lorum videri potest nequitia, quibus ille plus justo fidem adhibuit, voluntatem Præsulis à bono incœpto sæpe conversam. Et res quidem domesticæ à principio bene ac laudabiliter a billo viro provisæ sunt. Quæ autem foris pro legatione gentium acta sint, consequens sermo breviter declarabit. Metropolitanus ergo statim ut ingressus est Episcopatum, ad Reges Aquilonis pro amicitia Legatos misit. Epistolas quoque commonitorias per omnem sparsit *Daniam*, sive *Nordmanniam*, & *Sveciam*, & usque in fines terræ, exhortans Episcopos & Presbyteros, in illis partibus degentes, ut Ecclesias Domini nostri Jesu Christi fideliter custodirent, atque ad conversionem Paganorum intrepidi accederent. Cap. 118.

CAP. XII.

49. *Magnus* eo tempore simul tenebat duo Regna, Danorum videlicet atque Nordmanorum. *Iacobus* adhuc in *Sveonia* sceptrum tenuit. Hujus auxilio *Svein* & *Tuph* Ducis effultus, *Magnum* pepulit à *Dania*. Magnus ergo denuo bellum instaurans obijt in navibus. *h Svein* vero duo Regna possedit, classemque, ut Angliam suo subjiceret juri, paravit, verum sanctissimus, Rex *Edvvardus*, cum justitia Regnum gubernaret, tunc quoque pacem eligens, victori tributum obtulit, statuens eum, ut supra dictum est, post se Regni hæredem. Cumque Rex juvenis *Svein* tria pro libitu suo Regna teneret, mox succedentibus prosperis, Regis cœlestis est oblitus, quia consanguineam suam à *Svedia* duxit uxorem. Quod dum Domino Archiepiscopo valde displiceret, furentem Regem, missis ad eum Legatis de scelere tanto, terribiliter increpavit. Postremo nisi resipisceret, excommunicationis gladio feriendum esse minatus est. Tunc ille in furorem conversus, omnem Hammaburgensem Parochiam vastare & exscindere minabatur. Ad quas minas imperterritus Archiepiscopus, arguens & obsecrans perstitit immobilis, donec tandem per literas Papæ Danorum Tyrannus flexus, libellum repudij dedit consobri- Cap. 119.

h al. Suen.

næ.

næ. Nec tamen Rex sacerdotum ammonitionibus aurem præbens, mox ut à se consobrinam dimisit, alias atque alias uxores atque concubinas assumpsit, & suscitavit ei Dominus multos in circuitu inimicos, sicut quondam. *h* Salemoni, pro-
Cap. 130. prios servos suos. Nam *Haroldus* quidam frater *Olaph* Regis & Martyris, vivente adhuc germano suo, patriam egressus, *Constantinopolim* exul abierat. Vbi miles Imperatoris effectus, multa contra Sarracenos in mari, & Scythas in terra, prælia gessit, fortitudine clarus, & divitiis auctus vehementer. Is ergo defuncto fratre, cum in patriam revocatus esset, *Svein* consanguineum suum regnantem reperit. Cujus se tradens manibus, sacramentum fidelitatis exhibuit victori, & patrium Regnum pro Ducatu accepit in beneficium. Sed ut mox ad suos venit, & Nordmannos sibi fideles esse persensit, facile ad rebellandum persuasus, omnia Danorum maritima ferro vastavit & igne. Et tunc *i Arhusen* Ecclesia incensa, ac *Sliasvvig* deprædata est. *Svein* ergo Rex terga vertit. Et erat inter *Svein* & *Haroldum* prælium omnibus diebus vitæ
Cap. 131. eorum. Eo etiam tempore separabant se *Angli* à Regno Danorum, filiis *Gudvvini* rebellionis auctoribus, quos amitæ Regis, Danorum filios esse diximus, & quorum sororem *Edvard* Rex duxit uxorem. Hi namque facta conspiratione, fratres *Svein* Regis qui in Anglia Duces erant, alterum scilicet *k Bern* statim obtruncant, alium vero *l Osbern* cum suis omnibus à patria ejecerunt, & tenuerunt Angliam in ditione sua, *Edvardo* tantum vita & inani Regis nomine contento.

CAP. XIII. 50.

h al. Salomoni fecit.

i al. Arhusiæ.

CAP. XIV. 51.

k al. Biorn

l alterum Esbern.

Cap. 132. Cumque hæc ibi gesta essent, Christianismus Sveonum Rex *Jacobus* migravit à sæculo, & successit ei frater ejus *Emund* [*m Gamul*] pessimus. Nam iste à concubina *Olaph* natus erat, & cum baptizatus esset, non multum de Christiana religione curavit, habuitque secum quendam Episcopum nomine *Osmund* acephalum, quem dudum *Sigafridus* Nordmanno-

CAP. XV.

m al. deest hæc vox.

§2. rum Episcopus *Bremæ* scholis docendum commendavit. Verum is postea beneficiorum oblitus *Romam* pro ordinatione accessit, indeque repulsus, per multa loca circumivit erroneus, & sic demum meruit à quodam *Poloniæ* ordinari Archiepiscopo. Qui veniens in *Svediam*, jactavit se à Papa consecratum ad illas partes Archiepiscopum. Sed cum Archiepiscopus noster Legatos suos ad Regem dirigeret *n* E *mundum*, invenerunt ibi eundem gyrovagum *Osmund*, crucem Archiepiscopali more ante se ferentem. Audierunt etiam, quod barbaros adhuc neophytos non sana doctrina fidei nostræ corruperit. Quorum ille territus præsentia, solitis Regem, populumque dolis impulit, ut Legati repellerentur, quasi Apostolici non habentes sigillum. Et illi quidem ibant gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt, pro nomine Iesu contumeliam pati. Erant autem Legati fratres Bremensis Ecclesiæ, quorum potissimus fuit *Adalvvaldus* olim nostri Decanus claustri, verum tum Sveonum genti ordinatus Episcopus.

n al Gamulam.

CAP. XVI. De cujus viri virtutibus, multa possent dici, nisi ad alia properaremus. Legatos igitur nostros à Sveonibus tali modo repulsos, quidam nepos, an privignus Regis, ignoro, prosecutus, eos, cum lacrymis, suppliciter se commendans orationibus eorum. Nomen ei *o Steinkil* erat, is solus super fratres misericordia motus, obtulit eis munera, transmisitq; eos per montana Svedorum salvos, usque ad sanctissimam *p Gudé* Reginam, quæ à Rege Danorum pro consanguinitate separata, in prædiis suis trans Daniam commorata est, hospitalitati eleemosynisque vacans, & cæteris sanctitatis insistens operibus. Quæ legatos cum ingenti honore quasi à Deo missos recipiens, magna per eos Xenia Archiepiscopo misit.

Cap. 13.

o al. Steinkeil.

p al Gunild, vel Giuthe.

CAP. XVII. Interea Sveones, qui Episcopum suum repulerant divina ultio subsequuta est. Et primo quidem filius Regis nomine *Anund*, à patre missus, ut dilataret Imperium, cum in patriam

Cap. 14.

patriam fœminarum perveniſſet, quas nos Amazonas vocamus: veneno, quod illæ fontibus immiſcuerunt, tam ipſe, quam exercitus ejus perierunt. Deinde cum aliis cladibus tanta ſiccitas & frugum ſterilitas Sveones afflixit, ut miſſis ad Archiepiſcopum Legatis, Epiſcopum ſuum cum ſatisfactione repoſcerent, fidem gentis pollicentes. Gaviſus ergo Pontifex, petenti gregi *Adalvvardum* præfecit paſtorem. Qui perveniens in Sveoniam, tanta omnium ſuſcipi alacritate meruit, ut gentem *Wirnilanorum* [& *q Scritifingorum*] integram Chriſto lucratus, etiam miracula virtutum populo feciſſe dicatur. Eodem tempore mortuus eſt *Emund* Rex Sveonum, poſt quem *Steinkel* [*r* nepos ejus,] de quo ſupra diximus, levatur in Regnum. Qui fidelis erat Domino Jeſu Chriſto, & de cujus religione omnes *ſ* fratres teſtimonium perhibebant, qui eas partes adierant. Hæc de Sveonibus ſuo tempore geſta, ſermone *t* *Adalbertus* Archiepiſcopus amplifico omnia deſcribens, (etiam viſionem quandam *Adalvvardi* Epiſcopi;) qua monitus eſt, ut evangelizandi gratia pergere non tardaret, curavit annectere.

q al. deeſt 54.

r al. deeſt.

ſ al. fratres noſtri.

t al. Dominus Archiepiſc.

Cap. 135. In Nordwegia quoque res magnæ geſtæ ſunt illo tempore, quo Rex *Haroldus* crudelitate ſua omnes tyrannorum furores exceſſit. Multæ enim per illum Eccleſiæ virum dirutæ, multi Chriſtiani ab illo per ſupplicia ſunt necati. Erat autem vir potens, & clarus victoriis, qui prius in Græcia, & Scythiæ regionibus multa contra Barbaros prælia *u* exercuit. Poſtquam vero venit in patriam, nunquam quietus fuit à bellis, fulmen ſeptentrionis, fatale malum omnibus Danorum Inſulis. Ille vir omnes Slavorum maritimas depræda-vit Regiones. Ille *Orchadas* inſulas ſuæ ſubjecit ditioni. Ille cruentum uſque in *Island* ſuum extendit imperium. Itaque multis imperans nationibus, propter avaritiam ſuam & crudelitatem, omnibus erat inviſus. Serviebat etiam maleficis

CAP. XVIII.

u al. conſecit,

artibus, non attendens miser, quod sanctissimus germanus ejus talia monstra eradicavit à Regno, certans usque ad sanguinem pro amplectenda Christianitatis norma. Cujus egregia merita testantur hæc miracula, quæ quotidie fiunt ad sepulchrum Regis in civitate *x Throndempnis*. Videbat hæc ille derelictus à Deo, nihilque compunctus, oblationes quoque ac thesauros, qui summa fidelium devotione ad tumulum fratris sunt collati, ipse Haroldus unca manu corradens, militibus dispersit. Pro quibus causis Archiepiscopus zelo Dei tactus, Legatos suos direxit ad eundem Regem, literis suis tyrannicas ejus increpans præsumptiones, specialiter vero ammonens de oblationibus, quas non liceret in usum cedere laicorum, & de Episcopis quos contra fas in *Anglia* vel *Gallia*, se contempto fecit ordinari, perquem auctoritate sedis Apostolicæ *y* jure consecrari deberent. Ad hæc mandata Tyrannus commotus in iram, Legatos Pontificis spretos abire præcepit, dicens, nescire se quis sit Archiepiscopus, aut potens in *Nordvvegia*, nisi solus *Haroldus*. Et alia plurima deinde fecit & dixit, quæ superbiæ ejus proximam intentabant ruinam. Nam & Papa *Alexander* confestim missis ad eundem Regem literis, præcepit ut tam ipse quam Episcopi sui, vicario sedis Apostolicæ dignam exhiberent subjectionis reverentiam. Et ecce rescriptum literarum.

CAP. XIX.

x al. Throndemis.

55.

y al. juste ordinare.

56.

Alexander *Episcopus, servus servorum Dei*, Haroldo *Nordmannorum Regi, salutem & Apostolicam benedictionem. Quia adhuc in fide rudes extitistis, & in Ecclesiastica disciplina quodammodo claudicatis, oportet nos, cui totius Ecclesiæ commissum est regimen, divinis ammonitionibus vos frequentius visitare. Sed quia ob longarum difficultatem viarum per nos hoc agere minime valemus, sciatis nos* Adalberto *Hammaburgensi Archiepiscopo, vicario nostro, hæc omnia firmiter commisisse. Prædictus itaque venerabilis Archiepiscopus, legatus noster, suis nobis conquestus est epistolis, quod Episcopi ve-*

pi vestræ provinciæ, aut non sunt consecrati, aut data pecunia contra Romana privilegia, quæ suæ Ecclesiæ, sibique data sunt, in Anglia *vel in* Gallia *pessime sunt ordinati. Vnde ex auctoritate Apostolorum* Petri *&* Pauli *vos admonemus, ut sicut Apostolicæ sedi reverentiam subjectionis debetis exhibere, ita præfato venerabili Archiepiscopo vicario nostro, & vice nostra fungenti, vos, vestrique Episcopi impendatis.* Et reliqua.

Cap. 136. Hiis apud *Nordmanniam* gestis, magnopere studuit Archiepiscopus, ut Regi *Danorum* conciliaretur, quem prius offensum habuit, in repudio consobrinæ. Scivit enim si talem ad se colligeret virum, leviorem sibi ad cætera, quæ in animo gessit, introitum fore. Mox igitur mediante gratia largitatis quam in omnes habuit, venit *Sliasvvig*, ubi facile notus, & superbo Regi reconciliatus, muneribus atque conviviis certavit Archiepiscopalem potentiam Regalibus anteferre divitiis. Denique, sicut mos est inter Barbaros, ad confirmandum pactum fœderis, convivium habebatur vicissim per octo dies. De multis rebus Ecclesiasticis ibi *a* dispositis, de pace Christianorum & conversione Paganorum ibi consulitur. Ita Pontifex cum gaudio domum reversus, persvasit Cæsari, *b* ut evocatus Rex Danorum in Saxoniam, alteri perpetua confœderaretur amicitia. Cujus confœderationis beneficio, multum lucri nostra suscepit Ecclesia, & legatio Borealium nationum, cooperanteque *Svein* Rege, prosperis semper est aucta incrementis. *c*

CAP. XX.

a al. disponitur.

b al. uterq; perpetuam juraret amicitiam.

c Vide sub finem quæ adduntur hic in edit. Vell.

Cap. 136. Trans *Albiam* vero & in Slavania res nostræ adhuc magna gerebantur prosperitate. *Godescalcus* enim, de quo supra dictum est, vir prudentia & fortitudine prædicandus, accepta in uxorem filia Regis Danorum, *Slavos* ita perdomuit, ut eum quasi Regem timentes tributum offerrent, & pacem cum subjectione peterent. Qua temporis occasione nostra *Hammaburg* pacem habuit, & *Slavania* sacerdotibus Ecclesiisque

CAP. XXI.

que plena fuit. *Godeſcalcus* igitur vir religioſus ac timens Deum, Archiepiſcopo etiam familiaris, *Hammaburg* ut matrem colebat. Ad quam ſolvendorum causa votorum ſolitus erat frequenter venire. In *Slavania* ulteriori nemo unquam potentior ſurrexit, & tam fervidus Chriſtianæ religionis propagator. Etenim ſi vita ei longior concederetur, omnes paganos ad Chriſtianitatem cogere diſpoſuit, cum fere tertiam partem converteret eorum, qui prius ſub avo ejus *Miſtivvoi* ad paganitatem ſunt relapſi. Igitur omnes Slavorum populi, qui ad *Hammaburgenſem* reſpiciunt diœceſim, ſub illo devoto Principe Chriſtianam fidem coluerunt, hoc eſt, *Waigri*, *Obodriti*, vel *Reregi*, & *Polabingi*, item *Lingones*, *Warnabi*, *Chizzini*, & *Circipani*, uſque *d* ad *Penem* fluvium. Provinciæ jam plenæ erant Eccleſiis, Eccleſiæ autem Sacerdotibus: Sacerdotes vero libere agebant in hiis, quæ ad Deum pertinebant. Quorum *e* induſtrius Princeps *Godeſcalcus*, tanto religionis exarſit ſtudio, ut ordinis ſui oblitus, frequenter in Eccleſia ſermonem exhortationis ad populum fecerit, ea quæ myſtice ab Epiſcopis & Presbyteris dicebantur, Slavanicis verbis cupiens reddere planiora. Infinitus eorum erat numerus, qui quotidie convertebantur [*f* ad Dominum,] adeo ut pro ſacerdotibus in totas mitteretur Provincias. Tunc etiam per ſingulas urbes cœnobia fiebant ſanctorum virorum Canonice viventium. Item Monachorum atque ſanctimonialium, ſicut hii teſtantur, qui in *g* *Liubice*, *Aldinburg*, *Leontio*, *Razuburg*, & in aliis civitatibus ſingulas viderunt. In *Magnopoli* vero, quæ eſt civitas *Obodritorum*, tres Deo ſervientium dicuntur fuiſſe congregationes.

CAP. XXII 57. d al. uſq; ad Peanum fluvium. quē noſtræ privilegia Eccleſiæ vocant Penem. e al. mediaſtinus. f al. deeſt. g al. Lybicni. h Obodritorum.

Cap. 138.

CAP. XXIII.

Gratulabatur ergo Archiepiſcopus de novella plantatione Eccleſiarum, miſitque de ſuis Epiſcopis & presbyteris viros ad Principem ſapientes, qui rudes in Chriſtianitate populos confortarent. Ordinavit autem in *Alaimburg*, defun-

Cap. 138.

&o

cto *Abelino*, i *Eizonem* Monachum. *Iohannem Scotum* constituit in *Magnopoli*, in *Razisburg* esse disposuit *Aristonem* quendam ab *Hierosolymis* venientem, & alios alibi. Præterea cum ipse veniret in *Hammaburg*, eundem *Godescalcum* Principem ad colloquium magnopere exhortans, ut incœptum pro Christo laborem ad finem constanter perducat, victoriam illi pollicens in omnibus affaturam. Postremo si quid patiatur adversitatis pro Christi nomine, beatum fore. Multaque illi de conversione Paganorum in cœlo reposita præmia, multas etiam coronas de singulorum salute venturas. Eisdem verbis, & ad idem studium Regem *Danorum* hortabatur Metropolitanus, qui ad eum juxta *Egdoram* fluvium consistentem multotiens venit, omnia quæ de scripturis ab illo proferebantur, subtiliter notans, memoriterque retinens, excepto quod de gula & & mulieribus, quæ vitia illis gentibus sunt naturalia, persuaderi non potuit; ad cætera vero omnia Pontifici erat obediens. 58.

CAP. XXIV.

Cap. 140. Per idem tempus in *Slavania* res maximæ gestæ sunt, quæ posteris ad gloriam Dei non sunt reticendæ, quoniam Deus ultionum libere egit, reddens retributionem superbis. Itaque cum multi sint *VVinulorum* populi fortitudine celebres, soli quatuor sunt qui ab illis *VVilzi*, à nobis vero *Leuticii* dicuntur, inter quos de nobilitate, potentiaque contenditur. Hi sunt scilicet *Chizzini*, & *Circipani*, qui habitant *k* citra *Panim* fluvium, *Tholosantes* & *Rheteri*, qui ultra *Panim* degunt. Cumque iis ad bellum perveniisset, *Tholosantes* & *Retheri*, quamvis auxilio *Chizzinos* haberent, nihilominus à *Circipanis* victi sunt. Iterumque instauratum est prælium, & contriti sunt *Retheri*: tentatum est tertio, & *Circipani* victores abierunt. Tunc qui victi fuerant, Principem *Godescalcum*, Ducemque *Bernardum* & Regem Danorum accitos in auxilium super hostes duxerunt, ingentemq; trium *l* Principum exercitum

k al. Penim

l al. Regū.

tum per septem hebdomadas suis nutrierunt stipendiis, *Circipanis* viriliter repugnantibus. Multa itaque millia paganorum hinc inde prostrati, plures abducti sunt in captivitatem. Tandem *Circipani* XV. *m* millia talenta regibus offerentes, pacem indepti sunt. Nostris ergo cum triumpho redeuntibus, de Christianitate nullus sermo erat: Victoribus tantum prædæ intentis. Hæc *Circipanorum* virtus est, qui pertinent ad Hammaburgensem Episcopatum.

m. al. deest milia

CAP. XXV

Audivi etiam cum veracissimus Rex *Danorum* sermocinando eadem replicaret, populos Slavorum jamdudum procul dubio facile converti posse ad Christianitatem, nisi *Saxonum* obstitisset avaritia: *Quibus*, inquit, *mens pronior est ad pensiones vectigalium, quam ad conversionem gentilium*. Nec attendunt miseri, quantum suæ cupiditatis luant periculum, qui Christianitatem in *Slavania* primo per avaritiam turbaverunt. Deinde per crudelitatem subjectos ad rebellandum coëgerunt, & nunc salutem eorum, qui credere vellent, pecuniam solam exigendo, contemnunt. Ergo justo Dei judicio videmus eos super nos prævalere, qui permissu Dei ad hoc indurati sunt, ut nostra per illos flagelletur iniquitas. Nam revera, sicut peccantes superari videmus ab hostibus, ita conversi hostium victores erimus; à quibus, si tantum fidem posceremus, & illi jam salvi essent, & nos certe essemus in pace.

Cap. 141.

59.

CAP. XXVI.

Hæc dum forinsecus in legatione gentium Ecclesiæ nostræ ministerio gererentur, Dominus *Adalbertus* Metropolitanus, adhuc bonis intentus studiis, vigilanter & magnopere providit, ne sua quapiam negligentia pastorale officium minus habere videretur, in ea scilicet, qua gloriatur Apostolus, solicitudine omnium Ecclesiarum. Itaque domi forisque clarus, taliter se gessit, ut par divitum, majorque magnatum, nihilominus pater orphanorum, judexque viduarum esse

Cap. 142.

esse videretur, talem curam habens omnium, ut necessitatibus etiam *n* minimorum solertissimus provisor adesset. Cumque terrenis gravatus negotiis ad spiritalia mox languescere cogeretur, in sola gentium legatione permansit integer officij & sine querela, & talis, qualem & tempora & mores hominum mallent habere: Ita affabilis, ita largus, ita hospitalis, *o* (ita jucundus,) ita cupidus divinæ pariter ac humanæ gloriæ, ut parvula *Brema* ex illius virtute instar *Romæ* divulgata, ab omnibus terrarum partibus devote peteretur, maxime ab aquilonaribus populis. Inter quos *p Islani Gronlani*, & *Orchadum* legati venerunt, petentes, ut eis prædicatores dirigeret, quod & fecit. In diebus illis *q* (*VVall*) Danorum Episcopus migravit è seculo. Cujus diœcesim Rex *Suein* in quatuor distribuens Episcopatus; præsentante suam auctoritatem Metropolitano, singulis suos inthronizavit Episcopos. Quo etiam tempore Pontifex noster in *Svvigiam* & *Nordvvegiam* & insulas maris ad messem Dominicam operarios misit. De quorum ordinatione singulorum abundantius in fine dicetur.

n al. inimicorum

o al. deeſt.

p al. extremi

q al. deeſt.

r al. Tunc Pontifex in Suediam & Norvagiam.

Cap. 144. [ANNO Pontificatus sui XVIII] totius parochiæ suæ diligentissimam adhibens provisionem, Metropolim *Hammaburg* in principio lætitiæ suæ posuit Archiepiscopus, fœcundissimam *s* gentium matrem illam appellans, omnique devotionis officio venerandam. Protestatus ei tanto majorem offerri debere consolationem, quanto majori plaga, & propioribus insidiis, & tam *t* longiturna Paganorum infestatione cribraretur. Ergo accepta pace temporum, dum sæpe meditatus est Hammaburgensem munire, simulque ornare *u* Toparchiam, quoddam utile contra Barbaricos incursus inchoavit opus, in quo & populus & Ecclesia Nordalbingorum pene haberet præsidium. Igitur cum provincia Sturmariorum, in qua *Hammaburg* sita est, tota in planitiem campi descendat, ex parte, qua *Slavos* attingit, neque mons,

CAP. XXVII.

s al. hæc vox deeſt.

t al. diuturniore.

u al. parochiam.

60.

neque flumen est in medio, quod incolis munimen præstet, absque silvis passim occurrentibus, quarum latebris protecti hostes, incertis aliquando excursibus repentini superveniunt, nostrosque securos & nil mali suspicantes, vel perimunt, vel quod gravius morte est, captivos abducunt. Solus in ea regione mons prominet juxta Albiam, longo in occasum dorso protensus, quem incolæ x *Sullenberg* vocant. Quem Pontifex oportunum arbitratus, ut in eo firmaretur castellum, quod genti præsidio foret, statim silvam, quæ montis verticem obtexit, y excidi, nudarique locum præcepit. Itaque multis impensis multoque hominum sudore voti compos effectus, montem asperum fecit habitabilem. Vbi Præposituram constituens, disposuit congregationem facere Deo servientium, quæ mox conversa est in turmam latronum. Ex illo enim castro nostri quidam populares in circuitu, ad quos tuendos positi sunt, deprædari ac persequi cœperunt. Ideoque locus ille postea tumultu comprovincialium destructus est: populus vero Nordalbingorum excommunicatus. Com-

CAP. XXIIX. Cap. 145.

pertum est nobis in gratiam Ducis hoc factum, qui more solito felicibus Ecclesiæ actibus invidebat. Nam & Dux eo tempore, relicto veteri castello *Hammaburg*, novum quoddam præsidium sibi suisque fundavit, intra *Albiam* flumen, & rivum, qui *Alstra* vocatur. Ita nimirum cortibus vel mansionibus ab invicem divisis, Dux novum, Archiepiscopus coluit vetus oppidum. Diligebat sane Pontifex eum locum sicut omnes prædecessores sui, eo quod Metropolis sedes omnium septentrionalium fuerit nationum, & caput suæ Parochiæ.

Ideoque dum adhuc pax fuit trans *Albiam*, omnes fere solennitates Paschæ ac Pentecostes, itemque Dei Matris ibi celebrare voluit, collecto ex singulis congregationibus maximo Cleri numero, præcipue his, qui vocalitate sua populos mulcere

x al. Solonberg.

y al. excindi mundari que.

cere poterant. Et tunc plenario gaudens ministrorum or- CAP. XXIX.
dine, omnia divinæ servitutis officia, cum magna jussit reverentia compleri, & gloria etiam exteriori. Cui nimirum gloriæ tantum ipse indulsit, ut jam non Latino more, Ecclesiastica vellet obire mysteria, sed nescio qua Romanorum sive Græcorum consvetudine fultus, per tres missas, quibus astitit, ubicunque esset, duodecim modulari officia præcepit. Omnia 61.
magna quærens, omnia mirabilia, omnia gloriosa in divinis & humanis rebus, & propterea dicitur fumo delectatus aromatum, & fulguratione luminum, & tonitruis alte boantium vocum. Quæ omnia traxit à lectione veteris testamenti, ubi majestas Domini apparuit in monte Synai. Et alia multa facere solebat, rara modernis & ignorantibus scripturas: cum tamen sine auctoritate scripturarum ipse nihil fecerit. Jam tunc scilicet meditatus Ecclesiam suam divitiis & honore cæteris anteferre, si Papam & Regem suæ voluntati haberet morigeros. Eos igitur complacere sibi omnibus modis properabat.

Cap. 164. Ea tempestate Cæsar *Heinricus* ingentibus Regni divi- CAP. XXX.
itiis utens, in Saxonia *Goslariam* fundavit, quam de paruo, ut dicitur, molendino, vel tugurio formans venatorio, in tam magnam, sicut nunc videri potest, civitatem bono auspicio & celeriter perduxit. In qua etiam sibi construens Palatium, duas omnipotenti Deo congregationes instituit; unam & ex z al. ex illis
his donans regendam, tenendamque pontifici, eo quod illi nostro.
individuus comes vel cooperator in omnibus existerer. Tunc etiam sibi data est spes acquirendi vel accipiendi Comitatus & Abbatias vel prædia, quæ magno deinceps Ecclesiæ periculo mercati sumus, ut puta Cœnobia, *Laureſſæ* vel *Corbeiæ*, Comitatus autem *Bernardi* & *a Ekberti*, Prædia vero *Sinciacum*, a al. Ekibrecti.
Pliſna, *Groningor*, *Diſſarçum*, & *Liſmona*, quibus jam dubia fide
poſſeſſis arbitrabatur se Metropolitanus, sicut dicitur de *Xerxe*, aut per mare ambulaturum, aut per terram navigaturum,

postremo omnia quæ in animo habuit facile perfecturum;
CAP. XXXI Præsertim eo fultus amminiculo, quod potentissimus Papa *Leo* pro corrigendis sanctæ Ecclesiæ necessitatibus venit in Germaniam; Quem sciret sibi pro veteri amicitia nil negaturum, quod *b* cuipiam præstare deberet. Tunc habita est illa Synodus generalis apud *c Maguntiam*, præsidente Domino Apostolico & Imperatore *Heinrico*, cum Episcopis *Bardone à* Maguntino, *Euerardo* Treverensi, *Hermanno* Colonienſi, *Adalberto* Hammaburgensi, *Engelardo* Magdaburgensi, cæterisque provinciarum sacerdotibus. In quo Concilio quidam Spirensis Episcopus, *Sibico*, cui adulterii crimen
62. intendebatur, examinatione sacrificii purgatus est. Præterea multa ibidem sancita sunt, ad utilitatem Ecclesiæ, præ quibus Symoniaca hæresis, & nefanda sacerdotum conjugia holographa Synodi manu perpetuo damnata sunt. Quod Archiepiscopus domum veniens nequaquam tacuisse probatur. De mulieribus enim statuit eandem sententiam, quam memorabilis *e Alebrandus*, & antea *Libentius* inchoavit, ut scilicet extra Synagogam & Civitatem fierent, ne male suada pellicum vicinia castos violaret obtutus. Hæc autem Synodus
fal. 1049. facta est anno Domini *f* M LI. Ipse est Archiepiscopi annus VII. Et tunc majus Altare tribunalis dedicatum est in honore genetricis Dei. De qua Synodo mentionem ideo fe-
CAP. XXXII. cimus, quia Dominus *Adalbertus* eo tempore, quo tam clari in Ecclesia homines fuerunt, sapientiæ ac virtutum merito fere omnes præcelluit. Tantus itaque apud Papam, talis apud Cæsarem habebatur, ut de rebus publicis absque ejus consilio nihil ageretur. Quapropter ubi vix locum habet Clericus, nec in procinctu bellorum, Imperator illum virum sibi deesse noluit. Cujus inexpugnabile consilium sæpe ad evincendos expertus est inimicos. Sensit hoc callidissimus Italorum Dux *Bonefacius*, item *Gotafridus*, *Otto*, *Baldvvinus*, &

Cap. 147.

Cap. 148.

cæteri

b al. juri cuipiam.
c Maguntium.
d Maguntinensi.
e al. decessor ejus.

cæteri qui regnum tumultibus implentes, gravi Cæsarem æmulatione inquietare videbantur; tandemque humiliati, sola se infractos *Adalberti* prudentia gloriati sunt. Quid loquar de barbaris *Vngarorum* sive *Danorum*, seu *Slavorum*, aut certe *Nordmannorum* gentibus, quas Imperator sæpius consilio domuerat, quam bello; monitu & opera Pontificis nostri, nobile discens exemplum, *Parcere subjectis & debellare superbos.* Ad hunc felicitatis nostræ cumulum hoc accessit, quod fortissimus Imperator Græcorum *Monomachus*, & *Henricus* Francorum Rex, transmissis ad Cæsarem nostrum muneribus, congratulati sunt Archiepiscopo pro sapientia & fide ejus, rebusque bene gestis illius consilio. Qui Constantinopolitano rescribens, inter cætera jactavit se à Græcorum descendisse prosapia, *Theophano*, & fortissimo *Ottone* sui generis auctoribus; ideoque nec mirum esse, si Græcos diligeret, quos etiam habitu & moribus vellet imitari, quod & fecit. Sed & Regi Franciæ & aliis similia mandata legavit.

CAP. XXXIII.

Cap. 149.

Cap. 150. Metropolitanus igitur his rerum successibus *g* elatus, & quod Papam vel Cæsarem suæ voluntati pronos videret, multo studio laboravit in *Hammaburg* Patriarchatum constituere. Ad quam intentionem primo ductus est ea necessitate, [*h* quoniam] Rex Danorum, Christianitate in fines terræ dilatata, desideravit in Regno suo fieri Archiepiscopatum. Quod tamen ut perficeretur, ex auctoritate sedis Apostolicæ convenientibus Canonum decretis prope sancitum est, sola expectabatur nostri pontificis sententia. Quam rem ille, si Patriarchatus honor sibi & Ecclesiæ suæ Romanis Privilegiis concederetur, fore ut consentiret, promisit, quamvis invitus. Disposuit vero *i* Archiepiscopatui suo XII. subjicere Episcopatus, quos ex sua divideret Parochia, præter eos suffraganeos quos in Dania cæterisque gentibus nostra tenet Ecclesia; ita ut primus esset in *Palmis*, secundus

CAP. XXXIV.

g elevatus-hal qua,

i Al. Patriarcatui.

cundus in *k Helingenstad*, tertius in *Razupurg*, quartus in *Aldinburg*, quintus in *l Michilinburg*, sextus in *m Stathe*, septimus in *Lismona*, Octavus in *Wildishusen*, nonus in *Bremis*, decimus in *Ferda*, undecimus in *Ramsola*, duodecimus in *Fresia*. Nam Ferdensem Episcopatum se facile posse adipisci, non semel gloriatus est.

k Helingenstad.
l Michilinburg.
m Stade.

CAP. XXXV.

Interea conditionibus utrinque protractis, sanctissimus, Papa *Leo* migravit à sæculo. Eodemque anno fortissimus Imperator *Heinricus* decessit. Quorum obitus contigit anno Archiepiscopi XII. Quorum morte non solum Ecclesia turbata est, verum etiam Respublica finem habere videbatur. Itaque ex illo tempore nostram Ecclesiam omnes calamitates oppresserunt, nostro pastore tantum curiæ negotiis intento. Ad gubernacula enim regni mulier cum puero, magno Imperii præfuit detrimento. Indignantes enim Principes aut muliebri potestate constringi, aut infantuli ditione regi, primo quidem communiter vindicarunt se in pristinam libertatem, ut non servirent; deinde contentionem moverunt inter se, quis eorum videretur esse major; postremo armis audacter sumptis, Dominum & Regem suum deponere moliti sunt. Et hæc omnia potius oculis videri possunt, quam calamo scribi. Tandem seditionibus ad pacem inclinatis, *Adalbertus* & *Anno* Archiepiscopi Consules declarati sunt, & in eorum consilio deinceps summa rerum pendebat. Sed cum ambo essent viri prudentes & strenui in procuratione Reipublicæ; tamen alter alterum felicitate, aut industria sua præcurisse videtur. Itaque ficta Episcoporum sodalitas, modico duravit tempore, & quamvis lingua utriusque pacem sonare videretur, cor tamen odio mortali pugnabat in invicem. Et Bremensis quidem Præsul eo justiorem *n* induit causam, quoniam pronior ad misericordiam fuit, Regique Domino suo, fidem usque ad mortem docuit esse

Cap. 151.

CAP. XXXVI.

n al. indidit

esse servandam. At vero Colonienſis vir atrocis ingenii, et- CAP. XXXVII.
Cap. 152. iam violatæ fidei arguebatur in Regem. Præterea per omnes, quæ ſuo tempore factæ ſunt conſpirationes, ſemper erat o medius. Colonienſis enim, quem avaritiæ notabant, omnia quæ vel domi, vel in Curia potuit corradere, in ornamento ſuæ poſuit Eccleſiæ. Quam, cum prius magna eſſet, ita maximam fecit, ut jam comparationem evaſerit omnium quæ in Regno ſunt Eccleſiarum. Exaltavit etiam parentes ſuos & amicos, & Capellanos, primis honorum dignitatibus omnes cumulans, ut illi alteris ſuccurrerent infirmioribus. Quorum primores erant p [*Wezilo*] Magdeburgenſis, eorumque nepos *Burchardus* Halverſtadenſis Epiſcopus. Similiter *Cono* Treveris electus, ſed invidia Cleri martyrio coronatus, antequam intronizatus. Item *Eylbertus* Mindenſis, & *Wilhelmus* Trajectenſis: præterea in Italia Aquilegienſis atque Parmenſis; & alii, quos enumerare longum eſt; ſtudio & favore *Annonis* elevati ſunt, qui & fautori ſuo in tentationibus auxilio decorique fuiſſe certarunt. Multa igitur ab illo viro in divinis & humanis egregie facta comperimus.

o al. medioximus.

p al. germanus Archiepiſcopi.

Cap. 153. Noſter vero Metropolitanus tantum pro nobilitate certans & gloria terrena, indignum habuit aliquem ſuorum exaltare, licet multos in obſequio traxiſſet egentes, arbitrans ſibi hoc eſſe quaſi dedecus, ſi aut Rex, aut quiſquam magnatum, ſuis benefaceret, quos ipſe, inquit, tam bene aut melius poſſum remunerare. Ergo admodum pauci ſuorum illo annuente pervenerunt ad apicem Epiſcopalem; multi vero ſi tantum apti ad verbum, ſeu callidi eſſent ad ſervitium, ingentibus cumulati ſunt divitiis. Vnde factum eſt, ut pro gloria mundi captanda, homines diverſi generis & multarum artium, præcipue vero adulatores, ad ſuam adſciſceret familiaritatem. Quorum oneroſam multitudinem traxit ſecum in curiam, & per Epiſcopium, ſive quacunque iter eſſet, affir- CAP. XXXVIII. 63.

mans se frequenti commeantium multitudine non modo non gravari, verum etiam opipare delectari. Pecuniam autem quam à suis recepit, sive amicis, seu ab iis qui frequentabant Palatium, vel qui Regiæ *q* potestati obnoxii fuerant, illam, inquam, pecuniam licet maxima esset, sine mora infamibus dispersit personis & hypocritis, medicis, & histrionibus, *r* non sapienter æstimans, talium personarum favoribus se effecturum, ut vel solus placeret in curia, vel major *s* Domus fieret præ omnibus & eo modo perfici posse, quod in animo de provectu Ecclesiæ suæ habuit. Præterea cum omnes qui erant in *Saxonia*, sive in aliis regionibus clari & magnifici viri, adoptaret in milites, multis dando quod habuit, cæteris pollicendo quod non habuit, inutile nomen, vanæ gloriæ, magno corporis & animæ damno, mercatus est. Et corrupti quidem Archiepiscopi mores ab initio tales, processu autem temporis & circa finem, semper fuerunt deteriores.

q al. majestati.

r al. & id genus aliis, scil. non sapienter.

s al. Dominus.

CAP. XXXIX.

Tunc igitur magnis curiæ inflatus honoribus, vixque jam tolerandus inopi Parochiæ, venit *Bremam* cum ingenti, ut solebat, multitudine armatorum, novis populum & regionem exactionibus aggravans. Et tunc levata sunt illa Castella, quæ maxime nostros ad iram *t* Duces incenderunt, deficiente illo studio, quod prius habuit in ædificatione sanctarum congregationum. Miranda nimirum voluntas hominis, impatiens ocii, quæ domi foriſque tantis occupata laboribus, nunquam posset fatigari. Nam cum sæpe antea miser Episcopatus ejus, tantis expeditionum sumptibus, tantisque voracis curiæ studiis laborasset, nunc vero in ædificatione Præpositurarum & Castellorum sine misericordia profligatus est. Nam & hortos & vineas, in terra plantans arida, licet studio inefficaci, multa tentasset, nihilominus tamen hiis, qui morem gererent suæ voluntati, magnificè voluit omnibus compensari laborem. Ita mens alta viri pugnans contra naturam

Cap. 154.

t al. Ducis.

turam patriæ, quicquid usquam magnificum didicit, hoc habere & ipse voluit. Cujus morbi causas cum diligenter & diu perscrutarer, inveni sapientem virum, ex illa, quam *u* nimium dilexit, mundi gloria, perductum ad hanc mollitiem animi, quod in prosperitate rerum temporalium elevatus insuperbiam, ad laudem comparandam ignorabat modum; in adversitate autem plus justo contristatus, iracundiæ aut mœrori frena laxabat. Itaque tam in bono, si misertus est; quam in malo, si iratus est, in utroque mensuram excessit. Ejus rei documentum hoc habeo, quod in ira furoris sui, aliquos manu usque ad effusionem sanguinis percussit, sicut Præposito suo, aliisque fecit. In misericordia vero, quæ in hac parte melius largitas dicitur, erat ita profusus, ut libram argenti computans, aliquando mediocribus personis effundi centum libras edixerit, amplius autem majoribus. Qua de re accidit, ut quotiescunque iratus esset, tanquam leo fugeretur ab omnibus; cum vero placatus esset, palpari posset ut agnus. Citissime autem ad hilaritatem ab ira laudibus mulceri potuit, vel suis vel alienis, & tunc quasi alteratus ab illo, qui fuit, arridere cœpit laudatori. Hunc locum sæpe vidimus captari adulatoribus, qui ex diversis terrarum partibus, in Cameram ejus, velut in sentinam confluxerunt; quos & ipse ad nasciscendum honorem mundi *x* necessarios Principibus judicavit. Si qui tamen Palatio & Regi notiores erant, in suam dignatus est [*y* ascire] familiaritatem, reliquos permisit abire donatos. Ita vero & honestas personas & in ordine sacerdotali fulgentes, ad hoc turpissimum adulationis officium, ambitio suæ familiaritatis illexit. Postremo qui adulari nesciret, aut fortasse nollet, eum sicut amentem & stolidum à januis excluſum vidimus, ac si diceretur; *Exeat aulam, qui vult esse pius.* Et accusator erit, qui verum dixerit. Porro ita mendaces apud nos prævaluerunt, ut vera dicentibus non crederetur, etiam si jurarent. Talibus

u nimium Al.

CAP. XL.

x al. necessarios esse. y Al. de est.

CAP. XLI. igitur personis plena fuit domus Episcopi. Quibus accesserunt cotidie alii Gnathones, Parasiti, Somniatores & Rumigeruli, qui ea quæ ipsi confinxerunt, nobisque placitura rebantur, jactabant sibi per Angelos revelata; jam publice divinantes Hammaburgensem Patriarcham (sic enim vocari voluit) citò Papam futurum. Æmulos verò suos à curia depellendos, ipsum autem solum, diuque Remp. gubernaturum, atque ita longævum fieri, ut quinquaginta in Episcopatu excederet annos, postremo per illum & aurea quædam secula orbi ventura. Et quidem hæc, licet ficte ab adulatoribus & pro quæstu promitterentur; Episcopus tamen quasi de cœlo sonuissent, vera omnia putabat, a trahens ex scripturis quædam præsagia rerum, quæ fieri debeant hominibus, data vel in Somniis, vel in Auguriis, vel in commutatis sermonum loquelis, vel in insolitis elementorum figuris. Quare dicitur eum morem insuevisse, ut dum cubitum ibat, fabulis delectaretur: cum expergisceretur, somniis: quotiens vero iter incepit, auspiciis. Aliquando etiam totum diem somno indulgens, noctu pervigilanter lusit in alea, aut ante mensam sedit. Cumque ad mensam recumberet, hilariter habundanterque omnia convivis exhiberi præcepit, ipse à convivis interdum surgens, semper autem ex officio paratos habens, qui advenientes reciperent hospites, b & magnopere procurarent. Adglorians hospitalitatem porro magnam esse virtutem, quæ dum divina mercede non careat, sæpe etiam inter homines habebat maximam laudem. Recumbens autem non tam cibis aut poculis quam facetiis oblectabatur, ut Regum Historiis, aut raris Philosophorum sententiis. Si verò erat privatus, quod raro accidit, ut solus & absque hospitibus maneret, vel Regiis Legatis; tunc fabulis, & somniis, semper autem sobriis otium impendebat loquelis, Raro fidicines admittebat, quos tamen propter

[Cap. 155.]

[Cap. 156.]

a illum virum.

a tractans.

b magnopere curavit.

CAP. XLII.

pter alleviandas anxietatum curas aliquando censuit esse necessarios. Cæterum Pantomimos, qui obscænis corporum motibus oblectare vulgus solent, à suo conspectu prorsus ejecit. Soli Medici cum illo regnabant, cæteris difficilis fuit aditus, nisi causa gravior poscceret aliquos intromitti. Vnde etiam accidit, ut videremus ostium thalami sui, quod primo omnibus patuit ignotis & peregrinis, tali postmodum custodia vallatum esse, ut magnarum rerum Legati, potentesque seculi personæ, aliquando pro foribus expectarent inviti per hebdomadam. Præterea inter epulandum familiare habuit magnates carpere viros, notans in aliis stultitiam, in quibusdam avaritiam, multis autem obiiciens ignobilitatem, omnibus vero improperavit infidelitatem, eo quod ingrati Regi essent, qui eos de stercore suscitaret, quem solum ille diligens, Imperium pro jure, non pro suo commodo tueri videretur: argumentum esse, quod illi sicut ignobiles raperent aliena, ipse vero sicut nobilis effunderet sua. Hoc esse apertissimum nobilitatis indicium. Hac invectione pestifera utebatur in singulos, nullique demum pepercit, dummodo se omnibus anteferret. Itaque breviter hoc dicendum est, pro sola, quam dilexit mundi gloria, pejoratum esse virum illum, de omnibus quas ab initio habuit virtutibus. Nempe talia & ejusmodi plurima circa ipsum facta sunt illo tempore, quæ superstitioni vel jactantiæ, seu potius negligentiæ ejus infamiam magnam pepererunt, odiumque omnium mortalium, præcipue vero magnatum. Ex quibus infestissimi erant tam illi quam Ecclesiæ nostræ Dux *Bernardus* & filii ejus, quorum invidia, simultates, & odia, itemque insidiæ, opprobria & calumniæ traxerunt Archiepiscopum ad hæc omnia, quæ supra diximus offendicula præcipitem: & quasi vecordem reddiderunt, dum minor ipsis & cedere videretur. Cessit tamen aliquando sponte pro officio sacerdotii, cupiens invidi-

CAP. XLIII.

Cap 157.

am superare beneficiis, & bona reddere pro malis. Sed cum frustra laborasset omnibus modis, ut male nexam cum Ducibus resarciret amicitiam, victus tamen à tribulatione persequentium, & dolore malorum exulceratus, non semel exclamavit cum Helia, *Domine Deus altaria tua destruxerunt, prophetas tuos occiderunt, & relictus sum ego solus, & quærunt me interficere.* Cæterum quam injuste Archiepiscopus *b* talia passus sit, unum satis hic est exemplum ponere: quo potest videri amicitiam cum invidis nil valuisse conservatam.

b al. Archiepisc. noster.

CAP. XLIV.

Dux avaritiæ stimulo motus in *Fresones*, quod debitum non inferrent tributum, venit in *Fresiam*, comitem habens Archiepiscopum, qui ea tantum gratia profectus est, ut discordantem populum Duci reconciliaret. Cumque Dux Mammonæ cupidus, totam pro censu rationem poneret, nec cum septingentis argenti marcis ullo modo placari posset; mox barbara gens nimio furore succensa, in ferrum pro libertate ruebant. Multi ergo ex nostris ibi perfossi, cæteri fuga sunt defensi, castraque Ducis & Archiepiscopi direpta, magnus Ecclesiæ Thesaurus ibi dilapsus est. Nihil tamen profuit nobis apud Ducem & suos amicitiæ fides, vel periculo experta, quo minus Ecclesiam persequi vellent. Ajunt ergo Ducem futuri præscium sæpe cum gemitu narrasse, filios suos ad excidium Bremensis Ecclesiæ fataliter destinatos. Vidit enim persomnium ex penetralibus suis egressos in Ecclesiam ursos, aprosque, deinde cervos, ad ultimum lepores. *Vrsi*, inquit, *& apri erant parentes nostri, modicæ virtutis & timidi: de quibus metuo, ne impugnantes Ecclesiam; divinam incurrant ultionem.* Quapropter sub obtestatione divini timoris præmonuit eos, ne quid impium cogitarent adversus Ecclesiam & Pastorem suum, [*c* neve lædant etiam] hunc aut illum, quorum injuria redundet in Christum. Hæc ille surdis præcepta reliquit. Nunc de vindicta, statim sequente peccatores, videamus.

Cap. 158.

c Al. de est.

IN CI-

INCIPIT LIBER QVARTVS.

Cap. 159. ANno pontificis noſtri XVII. *Bernardus* Saxonum Dux obiit, qui à tempore ſenioris Libentii jam per XL. annos Slavorum res atque Nordalbingorum, ac noſtras ſtrenue adminiſtravit. Poſt cujus obitum filii ejus *Ordolf* & *Hermannus* hæreditatem patris acceperunt, malo omine Bremenſis Eccleſiæ. Illi enim antiqui memores odii, quod patres eorum contra eandem licet occulte exercuerunt Eccleſiam, ſtatuerunt aperte jam ultionem repetendam eſſe in Epiſcopum, totamque Eccleſiæ familiam. Et primo quidem Dux *Ordulfus* vivente adhuc patre, hoſtili ſtipatus multitudine, Bremenſem in *Freſia* devaſtavit Epiſcopatum, hominesque Eccleſiæ *d* necavit, alios etiam legatos ad ſe pro pace directos, publice verberari & decalvari juſſit; poſtremo omnibus modis Eccleſiam & ſuos impugnare, ſpoliare, cædere ac pro nihilo habere cæpit. Et licet Pontifex, ut debuit, Eccleſiaſtico zelo exardeſcens, malefactores anathematis gladio percuſſit, querelam tamen ad curiam deferens, nil aliud meruit quam derideri. Nam & Rex puer à noſtris Comitibus primo deriſui habitus eſt. Quapropter Archiepiſcopus tempori deſerviens, ut conjuratos tantum fratres ab invicem divelleret, *Hermannum* Comitem adoptavit in militem. Cujus ſatellitio functus in Vngaricam expeditionem, tunc quaſi Magiſter Regis & Princeps conſiliorum profectus eſt, relicto ſuper negotia regni Colonienſi Archiepiſcopo. Reſtituto autem, in regnum *Salomone*, quem bello expulerant, Pontifex noſter cum Rege puero victor ab *e Vngria* regreſſus eſt.

CAP. I.

d al. excæcavit.

CAP. II.

e Vngaria.

Cap. 160. TUNC Comes Hermannus aliquid magnum ſperans, ambiensque beneficium, *f* quod dare noluit Epiſcopus, ſtatim in furorem verſus, cum exercitu copioſo venit contra *Bremam*,

CAP. III.

f al. cum id dare nollet Archiep.

Bremam, ibique diripiens omnia quæ ad manum venerant, soli Ecclesiæ pepercit. Armenta boum & caballorum omnia in prædam cesserunt. Similiter per totum faciens Episcopatum, homines Ecclesiæ nudos inopesque dimisit. Tunc etiam Castella omnia, quæ Pontifex futurorum præscius *g* diversis constructerat locis, usque ad solum diruta sunt. Archiepiscopus eo tempore primatum Curiæ tenebat. Cujus audita querela, Comes secundum judicium Palatii exilio relegatus, post annum clementia Regis absolutus est. Deinde vero idem Comes *Hermannus*, & frater ejus Dux *Ordulfus*, ad satisfactionem Ecclesiæ venientes, pro delicto suo quinquaginta mansos obtulerunt, & terra quievit paucos dies.

g diversa constructerat regione

Cap. 161.

CAP. IV. Tunc etiam Rex vastationi Bremensis Ecclesiæ compatiens, transmisit ei ad solatium fere centum pallia, cum aliis vasis argenteis, itemque libris, candelabris, & thuribulis auro paratis. Hæc enim sunt munera quæ Rex misit ad reædificationem Hammaburgensis Ecclesiæ. Tres calices aureos, in quibus erant libræ auri decem, unum vas Chrismale argenteum, scutum argenteum deauratum, Psalterium aureis scriptum literis, thuribula & candelabra argentea, dorsalia novem Regalia, casulas XXXV. cappas XXX. Dalmaticas & subtiles XIII. & alia multa, & unum Plenarium, cujus tabula videbatur novem libras auri habere. Tunc etiam *Corbeia* atque *Laureſſa* Cœnobia, pro quibus diu multumque Archiepiscopus laboraverat, Ecclesiæ Hammaburgensis præceptis tradita sunt. Tunc etiam diu desiderata in ditionem Ecclesiæ *Lismona* venit, quæ *h* cortis, ut ajunt, septingentos mansos habere videtur, & maritimas *Hatheloe* regiones in ditione possedit. Pro qua firmiter ex omni parte solvenda, fertur Archiepiscopus *Agneti* Reginæ dedisse *i* novem libras auri, quoniam hæc in partem suæ dotis commemorabatur. Quinquaginta ergo cortes dominicales habuit Archiepiscopus, ex quibus

h al. cors.

i al. undecim.

quibus *k* *Walde* maxima, unius mensis persolvit servitium, cæterum *Ambergon* minima quatuordecim dierum. Tanta erat opulentia hujus Episcopi. Potuit Ecclesia nostra dives esse; potuit Archiepiscopus noster *Colonienſi* aut *Mogontino* in omni rerum gloria non invidere. Solus erat *Wirceburgenſis* Episcopus, qui in Episcopatu suo neminem dicitur habere consortem. Ipse enim cum teneat omnes comitatus suæ parochiæ, Ducatum etiam provinciæ gubernat. Cujus æmulatione noster Præsul statuit omnes Comitatus, qui in sua diœcesi aliquam jurisdictionem habere videbantur in potestatem Ecclesiæ redigere. Quapropter ab initio quidem illum maximum *Freſiæ* Comitatum à Cæsare adeptus est de *l* *Fivelgoë*, quem prius habuit Dux *Gotafridus*, & nunc *m* *Ecbertus*. Pensionem annuam dicunt esse mille librarum argenti, quarum ducentas, ille solvit; atque est miles Ecclesiæ. Archiepiscopus autem obtinuit eundem Comitatum per decem annos, usque ad expulsionis suæ diem. Alter vero Comitatus erat *n* *Vdonis*, qui per omnem parochiam *Bremenſem* sparsim diffunditur, maxime circa *Albiam*, pro quo Archiepiscopus *Vdoni* tantum obtulit inprecarie nomen de bonis Ecclesiæ, quod æstimatur singulis annis reddere mille libras argenti, cum utique tanta quantitate precii major posset Ecclesiæ fructus omni anno parari, nisi quod pro adipiscenda mundi gloria, sufficit nobis, ideo pauperes esse, ut divites *o* multos in servitio habeamus. Tertius erat Comitatus in *Freſia*, nostræ Parochiæ vicinus, qui dicitur *p* *Emiſgoe*, pro quo noster Pontifex Regi pactus est se mille libras argenti daturum. Cujus pecuniæ summam cum facile non posset habere, proh dolor, iussit Cruces, altaria, coronas, & cætera ornamenta Ecclesiæ deponi, quibus denudatis, infelicem maturavit contractum perficere. Gloriabatur autem pro argentea cito se auream Ecclesiam facturum, omnia que ablata restituere in decuplum, sicut & prius in destructio

Cap. 161.

CAP. V.

CAP. VI.

P ne clau-

k al. Walde deest.

l al. Findgoë

m al. Ekibrectus.

n Vtonis & sic infra.

o deest al. hæc vox.

p Al. hæc addunt: Quem dū viri Ecclesiæ nostræ defendunt, à Comite Bernhardo Gotescalcus occisus est.

ne clauſtri viſus eſt egiſſe. O ſacrilegium! Duæ cruces auro paratæ cum gemmis, altare majus & calix, ambo rutilantia ex auro & lapidibus contexta precioſis, confracta ſunt, in quibus erant auri pondera viginti marcæ. Quas obtulit domina *Emma* Bremenſi Eccleſiæ, cum aliis pluribus donis. Narravit autem auri faber illa conflans, magno ſe dolore coactum ad hoc ſacrilegium, ut confringeret illas cruces, aſſerens ſe ad ſonitum mallei audiſſe quaſi vocem gementis pueri. Tunc autem & tali modo Theſauri Bremenſis Eccleſiæ, à veteribus & ſuo tempore labore magnaque fidelium devotione collecti, una & miſerabili hora pro nihilo ſunt peſſundati. Vix tamen ex eadem pecunia media pars debiti conflata eſt. Gemmas ſanctarum crucium diſtractas audivimus, ac quibuſdam meretriculis donatas. Horreo, fateor, omnia ſicut facta ſunt propalare, eo quod initium dolorum hæc ſunt, graviſque ſecuta eſt vindicta. Ab illo ergo die ruentibus in occaſum proſperis, omnia nobis & Eccleſiæ adverſa fuerunt, ita ut Epiſcopus noſter & ſui aſſeclæ, ab omnibus ſicut hæretici exſibilarentur. At ille omnium voces parvi pendens, ſimul etiam relicta rei domeſticæ cura, totus in curiam vehemens, & in gloriam præceps ferebatur, hac cauſa, ut ipſe retulit, capeſſendæ Reipub. quærens primatum, quia Dominum & Regem ſuum inter manus trahentium, non poſſet videre captivum. Et jam conſulatum adeptus eſt, jam æmulis remotis ſolus arcem Capitolii poſſidet, non tamen ſine invidia, quæ ſemper gloriam ſequitur. Tunc vero Metropolitanus noſter quædam aurea renovaturus ſæcula, in conſulatu ſuo cogitavit diſperdere de civitate Dei omnes qui operantur iniquitatem, præcipue illos, qui vel in Regem manus miſerunt, aut Eccleſias deprædaſſe videbantur. Cujus delicti conſcientia cum fere omnes Epiſcopi & Principes Regni tangerentur, unanimi odio conſpirabant, ut ille ſolus periret, ne cæteri periclitarentur. Igitur omnes ſimul apud *Tribu-*

Cap. 163.

riam

riam congregati, cum Rex præsens adesset, Archiepiscopum nostrum quasi magum & seductorem à Curia depulerunt. Adeo manus ejus contra omnes, manusque omnium contra illum, ut controversiæ finis usque ad sanguinem pervenerit.

Cap. 164. Audientes autem Duces nostri, Pontificem ab ordine CAP. VIII. Senatorum esse ejectum, magno repleti gaudio, cogitabant & ipsi tempus ultionis inveniisse, ut eum à suo penitus alienarent *q* Episcopio, dicentes: *Exinanite usque ad fundamentum in eo, & conteramus eum de terra viventium.* Itaque multæ insidiæ, multaque opprobria eorum adversus Episcopum, qui eo tempore, cum nihil tutius haberet, *Bremæ*, sedit, quasi obsessus, & custodia inimicorum vallatus. Cumque tota Ducis familia Pastorem & Ecclesiam, Populum & Sanctuarium derisioni haberent, *Magnus* ante omnes sæviebat, glorians se tandem reservatum esse, qui rebellem domaret Ecclesiam.

Cap. 165. CAP. IX. *Magnus* ergo filius Ducis collecta latronum multitudine, non eo modo Ecclesiam impugnare conatus est, quemadmodum parentes ejus, verum ipsum Ecclesiæ Pastorem persequutus, ut contentionem diutinam finisse videretur, aut membris truncare, aut funditus interficere quærebat Archiepiscopum. Nec tamen illi dolus ad cavendum defuit, auxilium vero in militibus nullum prorsus habuit. Ipso ergo tempore Archiepiscopus à *Magno* Duce obsessus, clam metu suffugit *Goslariam*, ibique secure apud *Loctunam*, in prædio suo per dimidium annum mansit. Castra autem & servitia ejus ab hostibus direpta sunt. Quibus angustiarum laqueis obstrictus ignominiosum quidem, sed necessarium cum Tyranno fœdus pepigit, ut qui hostis erat, miles efficeretur, offerens ei de bonis Ecclesiæ mille mansos & amplius in beneficium. Eo nimirum tenore, ut Comitatus *Fresiæ*, quorum alterum *Bernardus*, alterum *Ekbertus* invito retinebat Pontifice, *Magnus* absque omni dolo, juri Ecclesiæ vindicaret atque defenderet. Ita pror- CAP. X.

sus divisoin tres partes Bremensi Episcopatu, cum unam partem *Vdo*, alteram partem *Magnus* haberet, vix tertia remansit Episcopo; quam tamen ipse postea *Bernardo*, aliisque Regis adulatoribus distribuens, fere nihil sibi retinuit. Nam & Curtes Episcopi & decimæ Ecclesiarum, unde Clerici & inopes sustentari deberent, omnes cesserunt in usum laicorum, ita ut meritrices cum latronibus usque hodie luxurientur ex bonis Ecclesiæ, in derisum habentes Episcopum, omnesque ministros altaris. Tantis igitur largitionibus, sicut hodie videri potest, nihil erga *Vdonem* & *Magnum* lucratus est Archiepiscopus, quam ne expelleretur à suo Episcopatu: à cæteris vero nihil aliud meruit nisi ut *Dominus* vocaretur.

CAP. XI. Hæc nobis prima ruina contigit in Bremensi Parochia, verum trans *Albiam* quoque vindictæ magnitudo pervenit; quoniam Princeps *Godescalcus* eo tempore à Paganis interfectus est, quos ipse ad Christianitatem nitebatur convertere. Et quidem vir omni ævo memorabilis, magnam partem *Slavaniæ* conversam habuit ad divinam Religionem. Sed quia non dum completæ sunt iniquitates Amoreorum, neque adhuc venit tempus miserendi eorum, necesse erat ut venirent scandala, ut probati fierent manifesti. Passus est autem noster Machabæus in civitate *Leontia*, VII. Idus Junij, cum Presbytero *Ippone*, qui super altare immolatus est, & aliis multis tam Laicis quam Clericis, qui diversa pro Christo ubique pertulerunt supplicia. *Ansuerus* etiam Monachus, & cum eo alii apud *r Razispurg* lapidati sunt. Idus Julii passio illorum occurrit. [Qui cum ad passionem veniret, flagitasse fertur Paganos, ut prius socii, quos deficere metuebat, lapidarentur. Quibus coronatis ipse gaudens, cum *Stephano* genua posuit:] *Iohannes* CAP. XII. Episcopus senex cum cæteris Christianis in civitate Magnopoli servabatur ad triumphum. Ille igitur pro confessione Christi fustibus cæsus, deinde per singulas Slavorum

[Cap. 166.]

[Cap. 167.]

r al. Riusburg.

65.

vorum

vorum civitates ad ludibrium ductus, cum à Christi nomine flecti non posset, truncatis manibus ac pedibus, in platea corpus ejus projectum est. Caput vero desectum: quod Pagani conto præfigentes in titulum victoriæ, Deo suo *Redigast* immolaverunt. Hæc in Metropoli Slavorum *Rethre* gesta sunt IIII. Idus Novembr. Filia Regis Danorum apud *Michilinburg*, civitatem Obodritorum, inventa cum mulieribus nuda diu cæsa est: Hanc enim, ut prædiximus, *Godescalcus* Princeps habuit uxorem, à qua & filium suscepit *Heinricum*. Ex alia vero *Butue* natus

Cap. 168 fuit, magno uterque Slavis excidio genitus. Et illi quidem victoria potiti totam Hammaburgensem Provinciam ferro & igne demoliti sunt *Sturmarii* fere omnes aut occisi, aut in captivitatem ducti, castrum *Hammaburg* funditus excisum, & in derisionem Salvatoris nostri etiam cruces à Paganis truncatæ sunt. Ipso eodemq; tempore *Sliasvvig* civitas Saxonum Transalbianorum, quæ sita est in confinio Danici Regni opulentissima atq; populosissima, ex improviso Paganorum incursu funditus excisa est. Et impleta est nobiscum Prophetia, quæ ait; *Deus, venerunt gentes in hæreditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuũ Hierusalem:* quæ prophetiæ in Hierosolymitanæ urbis excidio deplorantur. Hujus vero auctor cladis *Plusso* fuisse dicitur, qui sororem *Godescalci* habuit, domumque reversus & ipse obtruncatus est. Itaque omnes *Slavi* facta conspiratione generali, ad Paganismum denuo sunt relapsi; eis occisis qui perstiterunt in fide. Dux noster *Ordulfus* in vanum sæpe contra *Slavos* dimicans, per duodecim annos, quibus patri supervixit, nullam unquam potuit habere victoriam, totiensque victus à Paganis, à suis etiam derisus est. Igitur expulsio Archiepiscopi & mors *Godescalci*, uno fere anno contigit: Qui est Pontificis XXII. [Hæc est Slavorum tertia negatio, qui primo facti sunt à *Carolo* Christiani. Secundo ab *Ottone*, tertio nunc ab *Godescalco*

CAP. XIII.

Principe, & nisi fallor, hæc mala nobis ventura signavit ille horribilis Cometa, qui ipso apparuit anno circa dies Paschæ.]

CAP. XIV.

Eodem quoque tempore clades illa memorabilis in *Anglia* facta est, cujus magnitudo, & quod Anglia Danis ex antiquo subjecta est, summa nos eventuum præterire non sinit. Post [s] Regis sanctissimi *Edvardi* mortem, contendentibus pro illo Regno Principibus, *Haroldus* quidam Anglorum Dux, vir maleficus, sceptrum invasit. Quod dum sibi frater ejus nomine [t] *Tosti* ereptum audiret, Regem Nordmannorum auxilio ducit *Haroldum*, Regemque Scotorum: & occisus est ibi *Tosti*, *Haroldus*, & Rex Hyberniæ cum toto exercitu, à Rege Anglorum. Vix ergo dies octo transierant, & ecce *Wilelmus*, cui pro obliquo sanguine cognomen est *Bastardus*, à Gallia transfretans in Angliam, lasso victori bellum intulit. In quo Angli primum victores, deinde victi à Nordmannis, usque ad finem contriti sunt. [u] *Haroldus* ibi cecidit, & [x] cum eo ex Anglis fere centum milia. *Bastardus* victor in ultionem Dei, quem ipsi offenderant Angli, omnes fere Clericos & Monachos absque regula viventes expulit. Deinde ablatis scandalis, *Lanfrancum* Philosophum in Ecclesia posuit doctorem, cujus studio & prius & postmodum in *Anglia* multi ad divinum animati sunt obsequium.

Cap. 169.

[s] reg. Anglorum. 66.

[t] Tosc.

[u] Haraldus [x] al. post eū ex Anglia.

CAP. XV.

In [y] Svconia per idem tempus Christianissimus Rex [z] *Stinkel* defunctus est, post quem duobus *Hericis* de Regno certantibus, omnes Svedorum potentes in bello occubuisse feruntur. Nam & ambo Reges ibi perierunt. Ita prorsus deficiente omni Regali prosapia, & status Regni mutatus, & Christianitas ibi turbata est valde. Episcopi, quos illuc Metropolitanus ordinavit, persecutionem metuentes, domi sederunt. Solus Episcopus [a] *Sconiæ* procuravit Ecclesias Gothorum. Et quidam Svconum Satrapa *Gniph* ad Christianitatem populum confortavit.

Cap. 170.

[y] Svetia. 67.

[z] Steinkel.

[a] Al. Scaniæ.

Illo

Cap. 171. Illo tempore clarissimus inter barbaros fuit *Svein* Rex Danorum: qui Reges Nordmannorum *Olaph* & *Magnum* constrinxit magna virtute. Inter *Svein* & *Bastardum* perpetua contentio de Anglia fuit, licet noster Pontifex muneribus *Willelmi* persvasus, inter Reges pacem formare voluerit, Christianitas autem ab illo *Svein* Rege in exteras nationes longe lateque diffusa est. Et cum multis polleret virtutibus, sola ægrotavit luxuria. Novissimis Archiepiscopi temporibus, cum ego *Bremam* veni, audita ejusdem Regis sapientia, mox ad eum venire disposui, à quo etiam clementissime susceptus, ut omnes, magnam hujus libelli materiam ex ejus ore collegi. Erat enim scientia literarum eruditus, & liberalissimus in extraneos, & ipse prædicatores suos Clericos in omnem *Svediam* direxit, & *Nordmanniam*, atque in Insulas, quæ sunt in illis partibus. Cujus veraci & dulcissima narratione didici, suo tempore multos ex Barbaris nationibus ad Christianam fidem conversos, aliquos etiam tam in *Svedia* quam in *Norvvegia* martyrio coronatos: ex quibus, ait, *b Hericus* quidam peregrinus dum apud *Sveones* ulteriores prædicaret, martyrii palmam capitis abscisione meruit. Alter quidam *c Alfardus* nomine inter *Nordmannos* sancta conversatione diu vivens ac latenter, abscondi non potuit. Ille igitur dum protexit inimicum, occisus est ab amicis. Ad quorum requietionis locum magna hodie sanitatum miracula populis declarantur. Igitur ea quæ diximus, vel adhuc dicturi sumus de Barbaris, omnia illius viri relatu cognovimus.

CAP. XVI.

68.

b al. Henricus.

c Alfuardus

Cap. 172. Interea noster Archiepiscopus zelo, ut ajunt, Agrippinensis Episcopi à curia perturbatus, *Bremæ* sedit privatus, solitarius & quietus. Atque utinam tanta mentis quiete frueretur, quanta corporis fatigatione carebat. Felix, inquam, si domesticis Ecclesiæ bonis, avitisque parentum contentus divitiis, infelicem curiam aut nunquam vidisset, aut raro visitasset.

CAP. XVII.

69. taſſet. Et de aliis quidem viris magnis legitur, quod gloriam mundi contemnentes, Aulam Regiam veluti ſecundariam Idololatriam refugerint, judicantes nimirum ad hoc philoſophicum ſolitariæ vitæ otium à tempeſtate ſeculi & tumultu Palatii, quaſi ad portum & requiem beatitudinis veniendum. Noſter vero Pontifex contraria currebat via, ſapientis viri officium æſtimans, ut pro ſalute Eccleſiæ ſuæ, non ſolum curiæ labores ſuſtineat, verum etiam ſi ita neceſſitas erit, pericula & mortem ſubire non dubitet. Vnde ni fallor primo tempore ſuo curiam Regis frequentavit, pro exaltanda Eccleſia ſua. Circa finem vero perditis aut potius diſperſis, quæ habuit, pro liberando laboravit Epiſcopio. In qua re ſicut illud perſuaſit ambitus gloriæ; ita iſtud neceſſitas imperavit Eccleſiæ, quæ invidia Ducum hujus patriæ ſemper impugnata, nunc demum etiam ad nihilum redacta eſt. Quam calamitatem ſui temporis ipſe miſerabiliter cotidie deploravit; ſpeciales ad hoc Pſalmos habens conſtitutos, quibus in hoſtes Eccleſiæ poſſet ul-

CAP. XIIX. ciſci. Quod autem erga ſuos Parochianos ſe tam crudelem exhibuit, quos potius diligere ac ſicut Paſtor oves ſuas [Cap. 173.] procurare deberet, ipſe magnam expoſuit rationem, quam de illius ore nos audivimns, aliaque *d* didicimus ex aliis.

d al. dicemus.

Germanus autem Archiepiſcopi frater, ſcilicet Palatinus Comes, nomine *Decius*, à quodam ſuæ diœceſis pres- [Cap. 174.] bytero interfectus eſt, eodem anno, quo & Cæſar defunctus eſt, vir bonus & juſtus, qui nemini unquam vel ipſe nocuit, vel fratrem nocere permiſit. Apparuit enim in fine memorabilis viri, qui circumſtantes obteſtatus eſt pro ſalute occiſoris, quod & fratri mandavit. Qui defuncti complens vota, presbyterum quidem abire permiſit illæſum, ex eo autem tempore odio habuit omnem familiam Eccleſiæ. Dicunt & ali [Cap. um fomitem odii, quod dum aliquando Pontifex, neſcio 175.] quem, de familia ſuperbius agentem, comprehendi juſſiſſet,

reliqui

reliqui proinde ad insaniam commoti, cubiculum Pontificis armati petunt, etiam vim facturi, nisi redderetur comprehen-
Cap. 176. sus, & alia, quæ furor persuasit iratis. Tertia causa erat, CAP. XIX.
quod ut Episcopus bonis suis parceret, annum integrum aut sæpe biennium à domo peregrinatus est. Post multum vero temporis in Episcopatum regressus, cæpit rationem ponere cum servis & ancillis suis, invenitque omnia bona & reditus non minus dissipata, quam si domi fuisset. Est enim hoc genus hominum, ut bene describit *Salustius*, mobile & in-
Cap. 177. fidum, neque beneficio neque metu coërcetur Præterea ingurgitationem potus, quod peculiare vitium est illis gentibus, ita in eis Pontifex abominatus est, ut sæpe de illis dicere fuerit solitus, *quorum venter Deus est.* Nam contentiones & pugnas, oblocutiones & blasphemias, & quæcunque scelera majora commiserint in ebrietate, in crastinum illi
Cap. 178. pro ludo habent. Querebatur etiam usque ad sua tem- CAP. XX.
pora multos Paganorum erroribus implicitos, ita ut diem sextæ feriæ carnis esu macularent; ut vigilias, solennitatesque sanctorum, ac venerabilem quadragesimam, gula, fornicationibusque polluerent, ut perjuria pro nihilo computent, ut effusionem sanguinis in laude habeant; similiter adulteria, incestuositates, aliæque naturam excedentes immunditiæ, vix culpantur ab aliquo eorum. Plerique enim duas, vel tres,
Cap. 179. aut innumerabiles tenent simul uxores. Item mortici-na & sanguinem, & suffocata, carnesque jumentorum licite utuntur. Postremum est quod Archiepiscopus apprime doluit super invidia, quam in advenas habent, & quod adhuc Duci fideliores erant, quam sibi aut Ecclesiæ suæ. Hæc & alia populi delicta dum sæpe Metropolitanus in Ecclesia declamatorio sermone fieri prohiberet, illi correptionem paternam derisioni habentes, nec sacerdotibus nec Ecclesiis Dei ullam reverentiam exhibentes, flecti moverique nequiverunt.

CAP. XXI. verunt. Quibus rerum causis impellentibus, statuit eis Archiepiscopus, ut populo duræ cervicis, neque parcendum esse, neque credendum, ita dicens: *In chamo & freno maxillas eorum constringe:* Rursumque: *Visitabo in virga iniquitates eorum:* & alia. Itaque inventa occasione, si quis eorum offendisset, eum in vincula conjici mox præcepit, aut spoliari omnibus bonis, asserens cum risu, afflictionem corporis animæ utilem; damna bonorum, hoc esse purgationem delictorum. Vnde factum est, ut Præpositi operum, quibus vicem suam commisit, in rapiendo & affligendo modum excesserint. Impletumque est vaticinium, quod ait: *Ego iratus sum parum, ipsi vero adjuverunt me in malum, dicit Dominus.* Tunc igitur Bremæ commoratus Pontifex, cum nihil residui haberet, de rapinis pauperum vixit, & bonis sanctarum congregationum. Præposituram majorem Episcopij servus ejus quidam. *e Svidger* administravit. Is cum dispersis fratrum bonis, propter diaconi homicidium esset depositus, iterumque restitutus, nec haberet quod fratribus aut Domino servientibus daret, conscientiæ metu perculsus aufugit *f* iram Sicque Præpositura in ditionem Episcopi redacta per vicarios sua quærentes, miserabiliter ipso tempore laniata est. Similiter per singulas fiebat congregationes. Pontifice ergo in Præpositos irato, illis autem in vulgus zelantibus, dissipata CAP. XXII sunt omnia bona Ecclesiæ. Hujus cladis solum expers erat Xenodochium, quod à *S. Ansgario* primitus inceptum, postea succedentium Patrum diligentia usque ad novissima *g Adalberti* tempora salvum permansit & integrum. Et tunc quidem vicedominus noster, quasi fidelis dispensator & prudens, ad custodiendas pauperum eleemosynas deputabatur. Non enim audeo dicere, quantum peccatum sit defraudare pauperum res, quod alij Canones sacrilegium, alij homicidium vocant; hoc solum fas sit pace omnium dici fratrum, quia toto

Cap. 180.

Cap. 181.

e Al Sindger.

f al. propter iram.

Cap. 182.

g Domini Adalberti.

toto septenario, quo supervixit Archiepiscopus, ex illo famoso & opulento Bremensis Ecclesiæ hospitali, nulla prorsus data est eleemosyna. Quod ex eo miserabile & inhumanum videtur, quoniam & tempus incubuit famis, & multi pauperes ubique in plateis reperti sunt mortui. Ita intento ad curiam Pastore nostro, sanctissimi vicarij ejus, dominicum vastantes ovile, more luporum in Episcopio grassati sunt, ibi solummodo parcentes, ubi nihil invenerunt, quod posset auferri.

Cap. 183. Cerneres eo tempore lamentabilem tragœdiam *Bremæ* in afflictione civium, militumque ac magnatum, item, quod gravius erat, clericorum & sanctimonialium. Et de nocentibus quidem juste actum videtur, ut corriperentur; de alijs vero non sic. Primo igitur, si quis divitum putabatur innocens, ei aliqua jubebantur, ut nocens fieret, vix possibilia, [quæ dum ille præteriret, aut forte impossibilia] clamaret, statim bonis omnibus exspoliatus est; si murmurare præsumsit, in vincula conjectus. Erat autem videre alios flagris torqueri, multos in nervum mitti; quosdam pelli à domo, plerosque in exilium deportari, ac velut in civili *b* Romani *Syllæ* victoria contigit, quem aliquis potentum in privato odio infensum habuit, cum sæpe ignorante Episcopo damnavit, quasi ex ejus præcepto. Tum vero, ne aliquis ordo aut sexus immunis haberetur in tanto scelere, vidimus solas mulierculas auro vestibusque nudatas, & infamis prædæ auctores cum Presbyteris vel Episcopis existere. Porro ex illis, quibus ablata sunt bona sua, aut qui diutius à quæstore gravati sunt, compertum est nobis, aliquos eorum nimio dolore permotos, in amentiam venisse: quosdam vero nuper divites ostiatim mendicasse. Cumque rapinarum quæstio in omnes caderet Episcopo subjectos, non transivit etiam negotiatores, qui ex omni parte terrarum *Bremam* solitis frequentabant mercibus, eos omnes execranda Vice-Dominorum exactio

b deest. Al. Romani.

coëgit sæpe abire nudos. Ita civitas civibus,& forum mercibus, usque hodie defeciſſe videtur,præsertim cum,si quid noſtris intactum ſuperfuit, hoc ſervi Ducis radicitus abſumpſerint. Et hæc omnia cum ſæpe antea etiam præſente Archiepiſcopo facta ſint, intolerabilius autem illo abſente ac poſt diem ex pulſionis ſuæ.

CAP. XXIV.

Multo igitur labore,multisque largitionibus in vanum conſumptis Metropolitanus tandem poſt trienni um ex pulſionis ſuæ, voti compos effectus,in priſtinum gradum Curiæ reſtitutus eſt, moxque ſuccendentibus proſperis, ſummam rerum,quod eſt Vice dominatus, jam ſepties Conſul meruit. Nactus vero locum dignitatis, in quo magnitudinem animi oſtendere poſſet, jam tunc caute ambulandum erga Principes eſſe deliberavit,ut non eos ſicut prius offenderet. Quapropter Colonienſi *i* Pontifici primũ reconciliari voluit, deinde cæteris,in quos ipſe,vel potius qui in illum peccaſſe videbantur. Deinde remotis Eccleſiæ ſuæ impedimentis, pro cujus exaltatione tam in ambitu Curiæ,quam in profuſione pecuniæ videbatur improbior,non fuit ocioſus. Quo tempore *Pliſnam*, *Dusburg*, *k Gronigin* & *Sinticum* acquiſivit. *Wildushuſen* Præpoſituram *Bremæ* vicinam prope in manibus habuit,& *Roſaveldon l Hammaburg* proximam. Ceterum ſidiutius vitam haberet, cogitavit etiam *Ferdenſem* Epiſcopatum noſtræ ſubjugare Metropoli. Poſtremo in *Hammaburg* jam aperte laboravit Patriarchatum efficere, aliaque magna & incredibilia, de quibus ſupra nimis dictum eſt. Acceſſit hoc ad gloriam Præſulis, quod in anno Conſulatus ſui famoſum illud colloquium Cæſaris cum Rege Danorum ad contumeliam habitum eſt in *m Luneburg*. Vbi ſub obtentu fœderis contra *Saxones* arma *n* laudata ſunt. Eodem anno reſtincta eſt illa conſpiratio *o* prima in Regem facta. In qua Dux *Otto* & *Magnus*, de vaſtata per annum *Saxonia*, tandem conſilio *p* Archiepiſcopi in po-

Cap. 184.

Cap. 185.

i al. Epiſcopo.

k al. Groningen.

l al Roſvel don.

CAP. XXV

m al. Hammaburg.

n al. parata

o deeſt al. prima.

p al. Præſulis.

in potestatem se Regis dederunt. Rex Ducatum *Ottonis Welpo* dedit, & Archiepiscopus noster bona Ecclesiæ recepit, quæ ante *Magnus* habuerat.

Cap. 186. Itaque in summa rerum gloria positus, licet crebra corporis molestia pulsaretur, negotiis tamen publicis de- esse noluit. *A Rheno* ad *Danubium*, indeque; in *Saxoniam* cum Rege portatus in lectica. Ajunt quidam regia sponsione laudatum esse, ut in proxima solennitate Paschali convenientibus apud *Trajectum* Rheni Principibus, ibi confirmarentur ei omnia, quæ de *Laureſſa* vel *Corbeia*, & cæteris desideravit anima ejus. Alii autem asserunt Episcopum callidis à Rege dilationibus protractum esse, quo scilicet *Laureſſam* dimittens, ubicunque malle in regno bis tantum suæ reciperet Ecclesiæ donandum: verum ille pertinax institit, dum nil aliud velle respondit, tandem frustrato nisu decidens, una & vitam & *Laureſſam* cum cæteris Ecclesiæ bonis perdidit. CAP. XXVI.

Cap 187. Signa vel prognostica vicinæ mortis ejus plurima fuerunt, tam pavorabilia & insolita, ut nos ipsumque Pontificem terre facere viderentur; tam ingentia & manifesta, ut quisquis *q* meritorum suorum turbulentiam, valitudinis inconstantiam diligenter intueretur, proculdubio finem dixerit adventasse. Siquidem mores viri, licet semper à communi mortalium habitudine dissentirent, circa terminum vero inhumani intolerabilesque, & alieni à semet ipso videbantur, maxime post diem expulsionis suæ, vel devastationis Parochiæ quæ subsecuta est. Post illum, inquam, diem pudore, ira, doloreque majori quam sapientem virum decuit, permotus, quia recuperandi bona Ecclesiæ non invenit consilium, ex nimia sollicitudine multiformium angustiarum, non adeo dicere insanus, sed impos mentis effectus est. Porro quæ per eum deinde gerebantur, alicujus errantis vel desipientis poterant videri, quæ ut æstimo, non sani hominis, CAP. XXVII. q morum.

non sanus juret Orestes. Sicut est illud quod præfati sumus, quia noctem integram vigilando, diemque transegit dormiendo. Item illud quod à veritate quidem auditum avertens, ad fabulas & somnia conversus est. Item illud, quod eleemosynarum oblitus in pauperes, omnia quæ habere potuit, dispersit in divites, præcipue in Adulatores. Item illud, quod dispersis bonis Ecclesiæ, cum nihil haberet residui, de rapinis miserorum vixit, & legitimis sanctarum congregationum. Item illud, quod de Præpositura villicationem faciens, & Præposituram de hospitali, non impar illi fuit, qui diruta ædificat, mutat quadrata rotundis. Item illud, quod facilius solito provocatus ad iracundiam, aliquos manu percussit usque ad effusionem sanguinis. Multos etiam ignominiosis exasperans verbis, non minus se quam illos inhonoravit. Talis ille circa finem, à se totus alteratus, & pristina virtute pessundatus, quid vellet aut nollet, nec sibi, nec ulli suorum poterat satis esse notum. Cæterum talis erat eloquentia ejus usque in finem, ut si eum audires concionantem, tibi facile persuaderetur, omnia per illum plenaratione, magnaque auctoritate fieri. Hanc perniciosam clarissimi viri com- CAP. XXIIX. mutationem, sive digressionem, & apertius deterioratio- Cap. 183. nem, dum per singulas orbis provincias fama volans dispergeret, insignis vir germanus ejus, scilicet Palatinus Comes *Fridericus*, ad corripiendum fratrem, sicut memini, *Lùmonam* venit. Sed frustra commonens eum de his quæ honori ejus 70. attingerent vel saluti, molestus abscessit, *Norhobaldum* suosque pares accusans, qui suis maleficiis illustrem virum circumvenerint, suisque dementem reddiderint consiliis. Hæc ille. Nos autem vidimus ipsum Pontificem ad tantam illo tempore perveniisse infamiam, ut Magicis inserviisse artibus diceretur: à quo crimine, Iesum testor & angelos ejus, omnesque sanctos, illum prorsus immunem & liberum esse, præsertim

tim cum maleficos & Divinos, & ejusmodi homines sæpe judicaret esse morte multandos. Quoniam vero scriptum est: *Cum sancto sanctus eris, & cum perverso perverteris*, arbitror, eum aut malignitate eorum quos sibi fideles credidit, aut infestatione inimicorum, qui Ecclesiam ejus impugnabant, à statu solitæ rectitudinis primo lapsum, deinde corruisse totum. Tandem sæva morum perturbatione infractus, cum simul fortunæ exterioribus quateretur adversis, quasi navis obruta fluctibus, etiam corpore debilitari cæpit. Dumque Medicorum auxilio studuit valetudinem recuperare; propter crebra medicaminum tentamenta, in graviorem mox incidit infirmitatem, ita ut semianimis jacens, in extremis jam fuerit desperatus. Quo etiam tempore ad curiam tendens, gravi casu de equo lapsus est. Tunc ille compunctus, cum Ezechia flevit amare, correctionemque suæ vitæ Deo promittens, solita Christi clementia statim convaluit, totumque supervivens triennium, multa complevit, non tamen omnia, quæ promisit. [Ex eo nimirum tempore balneis, quæ fere quotidie suevit habere, sale recoctis abstinuit, & reliquis multis, quæ gravia esse populo persensit.] CAP. XXIX.

Cap. 189. In illis diebus supervenit quædam mulier habens Spiritum Pythonis; hæc voce publica dixit omnibus, celerem Archiepiscopi transitum affore, infra biennium, nisi forte converteretur. Hoc & Medici testati sunt. Erant autem cum Pontifice alii pseudoprophetæ, longe alia promittentes, quibus melior fides habebatur. Illi si quidem vaticinabantur, illum tam diu victurum, donec poneret omnes inimicos suos scabellum r pedum suorum. CAP. XXX.

Vidimus eo tempore apud Bremam cruces sudasse lacrymis. Vidimus Ecclesiam porcos violasse, canesque, adeo ut vix possent ab ipsa altaris crepidine repelli. Vidimus lupos in suburbanis loci nostri gregatim ululantes, horribili jurgio certas- CAP. XXXI.

r vide quæ ab aliis hic adduntur, sub finem libri.

certasse cum bubonibus. Cumque somnia Episcopus vehementer attenderet, hæc ab omnibus siniſtra nunciabantur Episcopum respicere. Mortui nunquam tam familiariter locuti sunt cum vivis. Omnia enim mortem protendebant Episcopi. Nam & Hammaburg eodem anno, quo Metropolitanus decessit, incensa & bis vastata est. Pagani victores totam *Nordalbingiam* deinceps habuerunt in sua ditione, bellatoribusque occisis, aut in captivitatem ductis, provincia in solitudinem redacta est, ut diceres, in fine boni Pastoris etiam pacem terris ablatam.

CAP. XXXII. Quatuordecim ergo dies ante obitum suum *Goslariæ* positus, ex consvetudine sua nec potionibus, nec *f* al. phlep-tomiis. phlebotomis contineri voluit. Quare graviſſimo dysenteriæ morbo correptus, & usque ad ossa attenuatus, heu prorsus suæ adhuc immemor salutis, negotia recip. usque ad extremam transitus sui tractavit. Aderat ibi Magdeburgensis Archiepiscopus *Wezel*, & alii fratres, petentes, ut intromitterentur; quos tamen ipse, nescio quibus offensus, excludi præcepit à januis, dicens, se pro immundicia infirmitatis indignum, ut ab ullo videretur. Soli tamen regi concedebatur aditus ægrotum visitandi, quem dilexit eo modo & usque in finem. Illum ergo suæ fidei ammonens, & diuturni servitij, multis generibus commendavit ei Ecclesiam suam & bona Ecclesiæ. Cap. 190

CAP. XXXIII. Interea feralis aderat dies Ægyptiacis cognata tenebris, qua magnus Præsul Adalbertus amaræ mortis vicino pulsabatur nuncio. Sensit & ipse solutionem corporis sui tam virium defectu, quam dictatum præsagio rerum, instare. Sed cum Medici trepidarent indicare veritatem, solusque promitteret vitam Nothebaldus, inter spem vitæ metumque mortis, vir sapiens incertus suique oblitus jacuit. Et heu ignorans quia *dies Domini sicut fur*, ita *in nocte veniet*; & Cap. 191.

71. cum

cum dixerint, pax & securitas, tunc repentinus superveniet interitus, & alia, quibus in Evangelio præcipitur, ut vigilemus. *Nescitis*, inquit, *diem neque horam.* Qua in re memor sententiæ cujusdam sancti, non sine lacrymis huic loco possum aptare. *Iam*, inquit, *persuitur, jam sine pœnitentia cogitur exire peccator, ut moriens obliviscatur sui, qui, dum viveret, oblitus est Dei.* Tali modo glorioſus Metropolitanus ille, cum adhuc de vita præsenti speraret, die medio sextæ feriæ, suis ad epulas sedentibus, ipse in agonia solus jacens, exhalavit spiritum. Eheu quam vellem meliora scribere de tanto viro, qui & me dilexit, & tam clarus in vita sua fuit. Verum timeo, quia scriptum est: *Va illis qui malum dicunt bonum, & bonum malum*, & pereant qui nigrum in candidum vertunt. Videtur mihi, periculosum esse, ut talis homo, qui dum viveret, propter adulationes perditus est, ei nos scribentes aut loquentes post mortem adulari debeamus. Asserunt tamen aliqui, cum ita solus jacuisset, paucos interfuisse urbitros, in quorum præsentia de omnibus gestorum suorum offendiculis, amaram in novissimo gesserit pœnitentiam, flens & ejulans se dies suos perdidisse. Tuncque demum cognovit, quam parva, immo quam misera est nostri pulveris gloria. *Quia omnis caro fœnum, & omnis gloria ejus quasi flos fœni.* CAP. XXXIV.

Cap. 192. O fallax humanæ vitæ prosperitas! O fugienda honorum ambitio! Quid tibi nunc ô venerabilis pater Adalberte prosunt illa quæ semper dilexisti; mundi gloria, populorum frequentia; electio nobilitatis? Nempe solus jaces in alto Palatio derelictus ab omnibus tuis. Vbi autem sunt Medici, Adulatores & Hypocritæ? qui te laudabant in desideriis animæ tuæ, qui te de hac juraverunt infirmitate convaliturum esse, qui te usque ad decrepitam ætatem victurum calcularunt. Omnes, ut video, socii mensæ fuerunt, & recesserunt in die tentationis. Soli remanserunt inopes & peregrini, vi- CAP. XXXV.

ni, viduæ & orphani, atque omnes oppressi, qui se tua morte fatentur desolatos. Cum quibus nos veraciter possumus affirmare, tibi neminem deinceps fore comparem in clementia & largitate peregrinorum, in defensione sanctarum Ecclesiarum, & reverentia omnium clericorum, sive qui [r male] potentium rapinas, aut superborum ita persequatur præsumtiones. Postremo qui in divinis humanisque prudenter u disponendis paratior ad omne consilium inveniatur. Si quid vero in moribus reprehensibile videbatur, hoc magis accidit ex eorum nequitia, quibus tu plus justo credidisti, sive quos inimicos propter veritatem sustinuisti. Illi enim tuum laudabile ingenium suis depravantes insidiis, ex bono malum effecerant: [ideoque, oportet nos clementissimum orare Dominum, ut tibi indulgeat secundum multitudinem misericordiæ suæ, teque in æterna beatitudine collocet, per merita omnium sanctorum suorum, quorum te patrocinio devote semper commendasti.]

r al. deest hæc vox.

u al. disponens.

72. Obiit autem clarissimus noster Metropolitanus Adalbertus XVII. Kalend. Aprilis. Indictione X. Hic est annus Domini nostri Iesu Christi millesimus LXXII. Alexandri Papæ XI. Heinrici Regis quarti XVII. Præter libros SS. reliquias, & vestimenta sacra, fere nihil inventum est in thesauris ejusdem viri. Quæ tamen omnia Rex accipiens, una cum præceptis Ecclesiæ, tulit etiam manum. S. Jacobi Apostoli [quam dono Vitalis Venetiarum Episcopi ab Italia Archiepiscopus rediens quondam secum deportaverat.] Igitur Archiepiscopi corpus magno totius regni stupore à Goslaria Bremam deportatum est, decimo demum die, quod est in Annunciatione S. Mariæ, condigna populorum frequentatione, sepultumque est in medio chori, novæ quam ipse construxit, basilicæ. Cum tamen illum affirment sæpe ante rogasse, ut sepeliretur in metropoli Hammaburg, quam sicut prædecessores sui, omni semper amore censuit esse colendam.

[Cap. 193.]

CAP. XXXVI.

[Cap. 194.]

[Cap. 195.]

Ibi

Ibi namque dum adhuc viveret, plerunque totam æstatem transigens, præcipuas solennitates cum magna gloria celebravit. Ibi tempus & locum quo à nostris Ducibus, seu à proximis Slavorum gentibus, sive à cæteris Arctoæ gentis legatis, adiri posset, ex more constituit. Tantum honorem destructæ urbi, tantumque amorem habens exhaustæ Matri, ut in illa diceret impletum scripturæ vaticinium, quæ dicit : *Lætare sterilis, quæ non paris, quia multi filii desertæ, magis quam ejus quæ habet virum.*

Cap. 196 Ferunt enim eum ante obitus sui diem, vix tertium de cubuisse, quod à lecto surgere nequiverit. Nam tanta in viro animi fortitudo fuit, ut in gravissima corporis infirmitate, nunquam ab aliquo vellet sustentari, nunquam emitteret vocem doloris. Cumque iacens in extremis, horam vocationis suæ jam x sciret imminere, crebris iteravit suspiriis : *Heu me*, inquiens, *infelicem & miserum, qui tantas largitiones in vanum consumpsi : Potuissem vero fuisse beatus, si ea pauperibus dispersissem, quæ pro gloria sæculi y detraxisse me doleo. Nunc autem illum adhibeo testem, cujus oculus intuetur abyssi profunda, quod intentio cordis mei tota fuit pro exaltatione Ecclesiæ meæ, quæ licet mea culpa exigente, vel odio inimicorum prævalente, extenuata nimis videatur; sunt tamen amplius quam duo millia mansi, quos ex hæreditate mea vel meo labore gratulor Ecclesiæ adjectos.* Quo sapientis viri sermone cognosci potest, quia si peccavit in aliquibus ut homo, sæpe ut bonus homo pœnituit de erratis.

CAP. XXXVII.

x al. sentiret.

y al. distraxisse.

Cap. 197 Cujus rei exemplum habeo unum, quod in principio introitus sui, cum esset vir superbissimus, arrogantia sua multos sibi mortales fecit contrarios. Vnde etiam pro nobilitatis suæ gloria unum dixit verbum, quod utinam non dixisset, *omnes scilicet Episcopos, qui a ante eum præsederunt, obscuros fuisse ac ignobiles, solum se generis & divitiarum titulis excellere*: Porro *dignum qui majorem sortiretur cathedram, vel ipsam sedem*

CAP. XXXIIX.

a al. qui eum præcesserunt.

Apostolicam. Talia non semel jactantem, visio magna perterruit, quam pro sui magnitudine, cum & veraciter nobis comperta esset, hic adjungere non supersedi.

Vidit igitur nocte intempesta, se in conventum Ecclesiæ raptum, ubi missarum solennia deberent celebrari, astantibus quatuordecim suis ex ordine prædecessoribus, ita ut proximus qui ante eum fuit *Alebrandus*, perageret ea quæ ad missam fieri solent mysteria. Cumque lecto Evangelio sacerdos Dei ad suscipienda offerentium munera conversus perveniisset ad Dominum *Adalbertum*, qui stabat in ultimo chori loco, mox toruis in eum luminibus intuens, oblationem ejus reppulit, dicens: *Tu homo nobilis & clarus non potes habere partem cum humilibus*, & abscessit in hæc verba. Sane ex illa hora pœnitens super hiis quæ incaute protulit verbis, omnes Prædecessores suos ingenti veneratione habuit, seque multis gemitibus testabatur indignum sanctorum consortio virorum. Vnde etiam mox statuit, per singulos antecessorum suorum anniversarios dies, de [*b* corte] *Bromstede* convivia dari fratribus plenissima atque pauperibus, quod prius à penu Episcopi exhiberi solebat. Nam & multa alia pœnitentiæ signa reliquit & conversionis: ex quibus hoc memorabile est, quod à vastatione Ecclesiæ vel die expulsionis suæ, cum superviveret quinquennium, nunquam balneis usus est, nunquam hilaris visus, raro processit in publicum, vel ad convivium, nisi ad curiam isset, aut diei festi necessitas poposcisset. O quoties vidimus cum planctu faciem turbatam, si quando vastationis Ecclesiæ recordatus est, sive cum ipsos vastatores conspexisset?

In *c* die itaque natalis Domini, cum *Magnus* Dux præsens adesset, magnaque recumbentium multitudo, hilares convivæ pro sua consvetudine finitis epulis plausum cum voce levaverunt. Quod tamen non parum displicuit Archie-

b al. deest. CAP. XXXIX.

Cap. 198.

c al. festo.

Cap. 199.

Archiepiscopo. Itaque innuens fratribus nostris, qui simul aderant, præcepit Cantori, ut imponeret Antiphonam, *Hymnum cantate nobis* : At vero laicis denuo perstrepentibus, inchoari fecit : *Sustinuimus pacem, & non venit Domine.* Tertio vero cum adhuc in *d* poculis ulularent, iratus valde, levari mensam præcepit, magna voce pronuncians : *Converte Domine captivitatem nostram*; respondente choro; *sicut torrens in austro.* Ita ille nobis pone sequentibus, in oratorium reclusus, flevit amare. *Non cessabo*, ait, *à fletu, donec justus judex fortis & patiens liberet Ecclesiam meam; vel potius suam; quam Pastore contempto videt miserabiliter à lupis discerpi. Impletum est enim desiderium eorum, qui dixerunt : Hæreditate possideamus sanctuarium Dei, & quiescere faciamus omnes dies festos Dei* [*à e terra,*] *& disperdamus eos de gente, & non memoretur nomen Israël ultra. Exurge : quare obdormis, Domine, & ne repellas in finem. Quia superbia eorum qui te oderunt, ascendit semper. Miserere nostri, quoniam multum repleti sumus despectione. Quoniam quem tu percussisti, persecuti sunt, & super dolorem vulnerum meorum addiderunt.* Hæc & alia nos in illo compunctionis tempore lamenta sæpe contemplati sumus, adeo ut Monachus multotiens fieri desideraverit : Aliquando etiam optabat, ut in ministerio legationis suæ, aut in *Slavania*, vel in *Suedia*, sive in ultima *Island f* obire mereretur. Sæpe vero talis erat voluntas ejus, *g* ut pro veritate decollari velle non dubitaverit in Christi confessione. Cæterum novit ille cognitor omnium secretorum Deus, si melior fuerit in conspectu suo, quam coram hominibus apparuit. Homo namque videt in facie, Deus autem in corde.

d al. populis.

e al. decesso

f al. abire.

g Al. qui pro veritate vel decollari malle.

Cap. 100. Ignosce quæso lector, si tam diversi hominis diversam Historiam diverso themate compaginans, cum non potui breviter aut dilucide, ut ars præcipit, omnem tamen operam dedi, ut scriberem veraciter, secundum quod scien-

CAP. XL.

tia & opinio se habet in hac parte. Quamvis multa reticens, ad ea festinarim, quæ generaliter posteris digna sunt ad sciendum, vel specialiter ad retinendum Hammaburgensi Ecclesiæ utilia. Postremo, si qua sunt quæ auditori displiciant in male gestis, & fortasse pejus descriptis, summopere te moneo, & postulo, ut dum scriptorem vituperas, tu vitiose dicta corrigas, dumque illum, de quo scribitur accusas, in sapientis viri casu tu cautior fias, considerans te ipsum, ne & tu tenteris.

CAP. XLI. In legatione autem Hammaburgensis Ecclesiæ, quæ ad gentes fieri solet, quamvis magnus Pontifex *Adalbertus* vigilanter omnes prædecessores suos laborasse cognoverit; ipse tamen magnificentius quam cæteri, potentiam Archiepiscopalem longe lateque in exteras protendebat nationes. Quamobrem tractavit sedulo per se ipsum ingredi legationem illam, si quam, necdum conversis addere perfectionem. Ad quod laboriosum iter peragendum, solita gloriari cæpit jactantia, *Primum fuisse Ansgarium; deinde Rimbertum; postea h Vnni, se vero quartum Evangelistam postulari.* Quia cæteros prædecessores suos viderit per suffraganeos, non per se tanto oneri insudasse. Itaque jam certus eundi, viam suam disposuit taliter finire, ut circuiens latitudinem septentrionis, hoc est, *Daniam, Sveviam*, & *Nordmanniam* pertransiens, inde ad *Orchadas*, extremamque orbis *i* partem *Island* posset attingere. Illi enim suo tempore & labore conversi sunt ad Christianam fidem. A cujus profectione itineris, quod jam publice moliebatur, ex hortatu prudentissimi Regis Danorum commode reflexus est, qui dixit ei barbaras gentes facilius posse converti per homines suæ linguæ, morumque similium quam per ignotas, ritumque nationis abhorrentes personas; nilque opus illi esse, nisi ut sua largitate & affabilitate redderet illos benevolos & devotos, fideleque ad prædicandum gentibus verbum Dei, paratos invenire. In qua exhortatione, *k* Metropolitanus Ortho-

Cap. 101.

h Al. Vnonem

i al. patriã.

k al Metropolitanus noster.

Orthodoxo consentiens Regi, ea largitate, quam in omnes habuit, multo indulgentius uti cæpit in Episcopos gentium, & legatos orientalium [*l* nationum,] Regumque. Quos tanta hilaritate singulos recepit, tenuit, dimisitque, ut eum, post habito Papa, quasi multorum patrem populorum ultro universi expeterent, ingentia viro munera offerentes, ejusque benedictionem reportantes pro munere. l al. decessi.

Cap. 202. Archiepiscopus itaque in legatione sua talis erat, qualem & tempora & mores hominum mallent habere, ita affabilis, ita munificus, ita *m* hospitalis, ut parvula *Brema* ex illius magnitudine instar *Romæ* divulgata, ab omnibus terrarum partibus *n* peteretur, maximæ à Septentrionalibus populis. Inter quos extremi venerant *Islani*, *Gronlani*, *Gothorumque & Orchadum* legati, petentes, *ut illuc prædicatores dirigeret:* quod & statim fecit. Nam & in *Daniam*, *Suedium & Nordvvegiam*, & in Insulas maris ordinavit multos Episcopos; de quibus & ipse gaudens dicere solebat, *Messis quidem multa, operarii autem pauci. Rogate ergo Dominum messis, ut mittat operarios in messem suam.* Quorum speciosa multitudine tandem exhilaratus Pontifex, primus omnium statuit in *Dania* Synodum celebrare, cum suffraganeis suis, quoniam & temporis oportunitatem habuit, & Regnum illud sufficientibus abundaret Episcopis, & quoniam multa corrigi necesse fuerat in novella plantatione, *sicut hoc quod Episcopi benedictionem vendunt, & quod populi decimas dare nolunt, & quod in gula & mulieribus enormiter omnes excedunt.* Ad quæ omnia, Romani *o* Pontificis fultus auctoritate, Regisque Danorum promptissimum sperans auxilium, magnificum prorsus ut semper solebat concilium fieri voluit omnium Aquilonarium Episcoporum. Soli diutius expectabantur Transmarini. Ea res hactenus Synodum remorata est: ad cujus rei fidem præsto sunt Epistolæ, quas Papa in *Daniam* legavit Episcopis ad Synodum rebellibus; & ipsius Archiepi-

CAP. XLII.

m hospitalis erga omnes homines.

n al. catervatim pet.

o al. Papæ.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

chiepiscopi literæ aliis directæ. Ex quibus duarum Exemplar hic ponere duxi necessariam,

CAP. XLIII.

Alexander Episcopus, servus servorum Dei, omnibus Episcopis in Regno Danorum constitutis, Apostolicæ sedi & Vicario [Cap. 204.] *nostro obedientibus, salutem & Apostolicam benedictionem. A Hammaburgensis Archiepiscopus venerabilis* p *Vicarius, literis & legatis suis conquestus est, quod quidam* q Ekbertus *Farriensis Episcopus multis criminibus involutus, ad synodum suam per triennium vocatus, venire contemserit: quod quia consilio quorundam vestrorum dicitur esse factum, mandamus & Apostolica auctoritate præcipimus, ut ab hujusmodi consilio recedatis omnino, eumque ad audientiam prædicti fratris nostri ire ammoneatis, quatenus post factum examinationem canonice judicetur.* Et alia quibus ibidem præcipitur, ut ei obediant & subjectionem exhibeant. Item alia. *Adalbertus* [Cap. 205.] *sanctæ Romanæ & Apostolicæ sedis Legatus, nec non universarum Septentrionalium nationum Archiepiscopus, Hammaburgensis quoque* [r *Ecclesiæ*] *provisor indignus*; W. *Roschildensi Episcopo salutem. Ad Synodum quam apud* s Slesvvig *celebrandam esse constitui, vos venisse, aut nuncium vestrum misisse grato perciperem animo. Sed de hoc alias. Nunc autem fraternitatem vestram latere nolo, quid molestiæ mihi* Adalwardus *Episcopus intulit, quem vobis testibus, qui ordinationi ejus interfuistis,* Sictonensis *Ecclesiæ consecravi Pontificem, quem dum Barbara gens sibi præesse nollet,* t Scarienſem *Ecclesiam invadere capit. Peto igitur ut nuncium meum, qui illuc iturus est, ad* Dalbogiensem *velitis Episcopum dirigere. Hæc habui de Synodo quæ dicerem, cum & alia multa sint, quæ fastidij causa omitto.*

p al vicarius noster.
q al Edbertus.
r deest al. hæc vox.
s al. Slaspvig.
t al. Scarensem.

CAP. XLIV.

Plures vero sunt quos Metropolitanus ad gentes ordinavit; quorum sedes & nomina ipso narrante didicimus. In *Dania* itaque novem constituit, u *Ratolfum* ad Slesvvig, *Oddonem* ad Ripam, *Christianum* ad Arhusin, *Heribertum* ad x Wibergon, *Magnum* & y *Albricum* in Wendilam, *Eilbertum* [Cap. 206.] in Far-

u al. Rotulfum.
x al. Viburg.
y al. Albrittum.

in Farriam & Finnem, *Willelmum* in Seland, *Eigmonem* in Sconiam provinciam. In *Sveadiam* vero consecravit sex: *Adalvvardum* & *Acilinum*, item *Adalvvardum* & *Tadicum*, nec non z *Simonem* atque *Iohannem* Monachum. In *Nordvvegiam* duos tantum ipse consecravit, *Tholf* & *Sevvardum*. Cæterum alii unde ordinatos cum sibi satisfacerent, & secum misericorditer tenuit, & abeuntes hilariter dimisit. Sicut *Meinardum*, *Osmundum*, *Bernardum* & *Asgotum*, aliosque multos. Præterea *Turolfum* quendam posuit ad Orchadas, [& alium quendam *Adalbertum*.] *Ileph* ad Island insulas. [Illuc etiam misit *Iohannem* in Scotia ordinatum.] Sunt enim omnes Episcopi quos ordinavit xx. quorum tres abortivi, & extra vineam ocioſi remanserunt, sua quærentes, non quæ Jesu Christi. Quos universos glorioſus Archiepiscopus decenti honore habens, ad prædicandum Barbaris verbum Dei, prece & præmio *a* commonebat. Ita sæpissime vidimus cum *b* septem aut quinque stipatum Episcopis, prout ipsum audivimus dicentem, absque multitudine esse non posse. Cum vero eos à se dimiserat, solito *c* mœstior esse propter solitudinem videbatur, nunquam tamen carere maluit vel tribus, quorum frequentissimi erant *d Tancquardus* Brandanburgensis, vir sapiens, & comes Episcopi etiam ante Episcopatum. Alter erat *Johannes* quidam Scotorum Episcopus, vir simplex & timens Deum, qui postea in *Slavoniam* missus, ibidem cum Principe *Gotheſcalco* interfectus est. Tertius *e Bono* nomen habuit, incertum unde natus, aut ubi ordinatus, qui se tamen peregrinationis amore *Hieroſolymam* ter accessisse jactabat, indeque *Babyloniam* deportatum à Sarracenis, tandemque solutum, multas per orbem transisse Provincias. Hos tres, cum non essent ejus suffraganei, eo quod sedes proprias non haberent, majori foviſſe clementia dicitur. Eodemque benignitatis studio utebatur erga Romanæ sedis Legatos. Quo-

z al. Simeonem.

a al. commendabat.

b al. quatuor aut quinque.

CAP. XLV.

c al. molestior.

d al. Tangurad de Brandenburg.

e al. Bonno

Cap. 207.

CAP. XLVI.

rum clientelam & contubernium in summo coluit amicitiarum loco; pariter gloriatus se duos tantum habere Dominos, hoc est, Papam & Regem, quorum Dominio jure subjaceant omnes sæculi & Ecclesiæ potestates; illos nimirum sibi esse timori ac honori. Apparuit hoc in fide viri, quam ita integram servavit utrisque, ut auctoritati Apostolicæ nihil præponens, antiqui honoris Privilegia sedi Apostolicæ contenderet integra debere servari, ejusque Legatos summo recipiendos amore censeret. Majestatem vero Imperatoriam quanti faceret, Episcopatus ejus testis est, ideo vel maximè destructus, quod à fidelitate Regis nec minis, nec blandimentis Principum rescindi potuit. Formidolosa enim est malis Regia potestas. Vnde etiam frequentes in Regno conspirationes fieri solebant. Quibus ipse tamen nec verbo unquam communicare voluit. Pro cujus fidei merito à Rege quidem *Major domus* in Palatio constitutus, dono ejus multa lucrabatur bona Bremensi Ecclesiæ, de quibus supra plenius dictum est. A Papa vero hoc dignitatis meruit privilegium, ut totum jus suum *f* in illum successoresque ejus ipse transfunderet, adeo ut ipse per totum Aquilonem in quibus oportunum videbatur locis, invitis etiam regibus, Episcopatus constitueret, ordinaretque Episcopos ex Capella sua, quos vellet electos. Quorum ordinationes vel sedes, quoniam huc usque distulimus, non incongruum videtur, simul etiam DE SITV DANIÆ, VEL RELIQVARVM, QVÆ TRANS DANIAM SVNT, REGIONVM NATVRA scribere.

f Vel Dominus Apostolicus in illum.

PROVINCIA Danorum tota fere in Insulas dispertita est, sicut etiam legitur in *gestis* sancti *Ansgarii*. Hanc autem *Daniam* à nostris Nordalbingis flumen *Egdora* dirimit, qui oritur in profundissimo saltu Paganorum *Isarnho*, & extenditur secus mare Barbarum usque ad *Sliam* lacum. Cæterum flumen *Egdora* descendit usque in Oceanum *Frisonicum*, quem Cap. 108.

quem Romani scribunt *Britannicum*. Et prima quidem pars 740
Daniæ, quæ *Iutland* dicitur, ab *Egdora* in Boream longitudine protenditur, habens iter tridui, si in *Finnem* Insulam diverteris. Si autem à *Sliasvvig* per directum viam metiris, quinque aut septem habes iter dierum. Hæc est *Strata Ottonis* Cæsaris usque ad mare novissimum *Wendile*, quod usque in hodiernum diem ex victoria Regis *Ottinsund* appellatur. Latitudo *Iutland* secus *Egdoram* diffusior est, inde vero paulatim contrahitur ad formam linguæ, in eum angulum, qui *Wendila* dicitur, ubi *Iutland* finem habet. Ibi brevissimus in *Nordmanniam* transitus est. Ager ibi sterilis: præter loca flumini propinqua omnia fere deserta videntur; terra salsuginis & vastæ solitudinis. Porro cum omnes tractus *Germaniæ* profundis horreant saltibus, sola est *Iutland* cæteris horridior, quæ in terra fugitur propter inopiam fructuum, in mari vero propter infestationem piratarum. Vix invenitur culta in aliquibus locis, vix humanæ habitationi oportuna. Sicubi vero brachia maris occurrunt, ibi civitates habet maximas. Hanc quondam Regionem Cæsar *Otto* tributo subjiciens, in tres divisit Episcopatus, unum constituens apud *Sliasvvig*, quæ & *Heithebu* dicitur, quam brachium quoddam freti Barbari alluit, quod *Sliam* vocant, unde & civitas nomen trahit. Ex quo portu naves emitti solent in *Slavaniam* vel in *Svediam*, vel ad *Semland*, & usque in *Græciam*. Alterum in *Ripa*, quæ civitas alio tangitur alveo, qui ab Oceano influit, & per quem vela torquentur in *Fresiam*, vel in nostram *Saxoniam*, vel certe in *Angliam*. Tertium vero in *Arhusen*, & hunc fretum quoddam à *Finne* dirimit brevissimum quod ab Orientali pelago ingrediens, longis anfractibus inter *Finne* & *Iutland* protenditur in Boream, usque ad eandem civitatem *Arhusen*, à qua navigatur in *Finnem* aut
Cap. 209 *Seland*, sive in *Sconiam*, vel usque in *Norvvegiam*. Postea vero deficiente hoc Episcopatu, quem tertium posuimus,

Iutland duos solummodo Episcopatus retinuit, *Sliasvvicen sem* videlicet ac *Ripensem*, donec nuper mortuo *Wal* Ripensi Episcopo diœcesis illa in quatuor discreta est Episcopatus, auctoritatem suam præbente Archiepiscopo. Qui mox consecravit in Ripa *Oddonem*, in Arhusem *Christianum*, in Wiberg *Heribertum*, in Wendilam *Magnum*, cui, cum post ordinationem rediret, In Albia naufrago, subrogavit *Albericum*. Hi quatuor Episcopi tunc Ripensem dono *Svein* Regis sortiti sunt parochiam. Archiepiscopus vero de suis Clericis ordi- Cap. navit in *Sliasvvig Ratolfum*, in Seland *Willelmum*, in Finne 210. *Eilbertum*, quem tradunt conversum à piratis, *Farriam* Insulam quæ in ostio fluminis *Albiæ* longo recessu latet, in Oceano primum reperisse, constructoque ibi Monasterio fecisse habitabilem. Est enim feraciſſima, frugum ditissima, volucrum & pecudum nutrix, collem habet unicum, arborem nullam, scopulis includitur asperrimis, nullo aditu nisi uno, ubi & aqua dulcis, locus venerabilis omnibus nautis, præcipue vero piratis. Vnde nomen accepit, ut *Heiligeland* dicatur. Hanc in vita sancti *Willebrordi Foseti sland* appellari didicimus, quæ sita est in confinio Danorum & Fresonum. Sunt & aliæ Insulæ contra *Fresiam* & *Dantam*, sed nulla earum tam memorabilis. *Finni* insula est non modica post eam, quæ *Wen-* Cap. *dila* dicitur, in ostio Barbari sinus occurrens. Hæc ad- 211. hæret regioni quæ *Iutland* dicitur, in quam brevissimus à Iutland est transitus ex omni parte. Civitas ibi magna *Odanse*, Insulæ in gyro parvulæ, omnes frugibus plenæ. Et notandum est, si per *Iutland* in *Finnem* tetenderis, directo in septentrionem viam habes. At vero per *Finnem* transeunti ad *Seland*, oriens in faciem occurrit. Duo trajectus sunt in Seland, unus à *Finne*, alter ab *Arhusen*, pari uterque distat spatio. Mare natura tempestuosum, duplicique plenum periculo, ut etiam si ventum habeas prosperum, vix effugias manus piratarum.

Seland

Cap. 212. *Seland* insula est in interiori sinu maris Baltici sita, quantitate maxima. Hæc tam fortitudine virorum, quam opulentia frugum celeberrima, longitudinem habet bidui, cum latitudo fere sit æqualis. Civitas ejus maxima *Roschild*, sedes Regia Danorum. Hæc insula æquali spacio distans à *Finne* vel *Sconia*, per noctem transitur, habetque ab Occidente *Iutland*, civitatem *Arhusen*, *Alaburg* & *Wendilam*, à borea vero, ubi & deserta est, fretum *Nordmanniæ*, à meridie autem *Finnem* prædictam, & sinum *Slavanicum*, ab ortu quidem respicit promontorium *Sconiæ*, ubi est civitas *Lundona*. Aurum ibi plurimum, quod raptu congeritur piratico. Ipsi enim piratæ, quos illi *Withingos* appellant, nostri *Ascomannos*, Regi Danico tributum solvunt, ut liceat eis prædam exercere à Barbaris, qui circa hoc mare plurimi abundant. Vnde etiam contigit, ut licentia, quam in hostes acceperunt, sæpe abutantur in suos, adeo fide nulla utrique ad invicem sunt, & sine misericordia quisque alterum, mox ut ceperit in jus famulitii vel socio vendit, vel barbaro. Et multa quidem alia, tam in legibus quam moribus æquo bonoque contraria, *Dani* habent: ex quibus nihil utile mihi visum est, ut dicerem, nisi quod mulieres si constupratæ fuerint, statim venduntur. Viri autem, si vel Regiæ Majestatis rei, in aliquo fuerint scelere deprehensi, decollari malunt, quam verberari. Alia non est ibi species pœnæ præter securem & servitutem, & cum damnatus fuerit lætum esse gloria est. Nam lacrymas & planctum, cæteraque compunctionis genera, quæ nos salubria censemus, ita abominantur *Dani*, ut nec pro peccatis suis, nec pro charis defunctis ulli flere liceat.

Cap. 214. A *Seland* in Sconiam trajectus multi, brevissimus in Halsingeburg, qui & videri potest. *Sconia* itaque est pulcherrima visu Daniæ provincia, unde & dicitur; armata viris, opulenta frugibus, diversque mercibus, & nunc plena Ecclesiis.

Sconia bis tantum habet in spacio, ut *Selandia*, hoc est trecentas Ecclesias, cum *Seland* dicatur habere dimidium, *Finnia* terciam partem. *Sconia* insula est ultima fere pars Daniæ, undique cincta mari, præter unum terræ brachium, quod ab Oriente continens *Sveviam* disterminat à *Dania*, ubi sunt profundi saltus, montesque asperrimi, per quos à Sconia *Gothiam* necessario iter agitur, ut dubites utrum sit levius marino discrimine terrestre periculum vitare, an istud illi præponere.

In eadem regione *Sconiæ* nemo adhuc Episcopus fuit incardinatus, nisi quod ab aliis partibus quidam venientes interdum illam procurabant diœcesim. Deinde *Gerbrand* Selandensis Episcopus, & post eum *Avoco*, simul utramque gubernabant Ecclesiam. Nuper vero mortuo *Avocone*, Rex *Svein* parochiam Sconiensem in duos Episcopatus segregavit, unum, id est, *Lundensem*, *Henrico* tribuens; alterum, id est, *Dalboiensem Eginoni*. Verum istum ordinavit Archiepiscopus. *Heinricus* autem apud Orchadas fuit ante Episcopus, isque in Anglia Sacellarius Regis *Knut* fuisse narratur. Cujus thesauros in Daniam perferens, luxuriose vitam exegit. De quo narratur etiam quod pestifera consuetudine delectatus inebriandi ventris, tandem suffocatus crepuit. Hoc & de *Avocone* factum esse comperimus, similiterque de aliis. *Egino* vero cum esset vir sapiens & literatus, ac castitate insignis, nunc etiam totum studium ejus exarsit in conversione Paganorum. Quapropter multos adhuc populos Idolorum cultui deditos, vir ille Christo lucratus est, illos præsertim barbaros, qui *Pleichani* dicuntur, & qui in *Hulmo* insula degunt. Qui omnes ad ejus prædicationem conversi in lacrymas, pœnitentiam sui erroris ita monstraverunt, ut confractis statim Idolis, ultro certarent ad Baptismum properare. Mox etiam Thesauros & omnia quæ habebant sternentes ad pedes Episcopi, flagitabant, ut hæc dignaretur accipere, quod renuens Episcopus, docuit

Cap. 25.

eos

eos ex eadem pecunia fabricare Ecclesias, egenos alere, & re-
Cap. 216. dimere captivos, qui multi sunt in illis partibus. Fertur idem vir magnanimus, eo tempore, quo in *Svediam* persecutio magna Christianitatis incanduit, Scaranensem Ecclesiam, cæterosque fideles, eo quod pastore carebant, frequenter visitasse, consolationem ministrans hiis, qui in Christum crediderant, incredulis verbum Dei constanter annuncians, ibi etiam opinatissimum *Fricconis* simulachrum in frusta concidit. Pro quibus virtutum insignibus, à Rege Danorum magno deinceps vir Dei honore habitus, defuncto mox pingui *Heinrico*, utramque *Sconiæ* parochiam, scilicet *Lundensem* & *Dalboënsem* gubernandam recepit. Qui mox *Lundæ* sedem Episcopalem constituens, apud *Dalboiam* Præposituram fratrum regulariter viventium esse præcepit. Itaque duodecim annis in sacerdotio nobiliter exactis clarissimus vir *Egino* à Romana regressus urbe, mox ut domum pervenit, feliciter migravit ad Christum, eodem anno quo noster Metropolita-
Cap. 217. nus & Finnensis Episcopus decesserunt. Nunc autem quoniam locorum se præbuit occasio, ad rem pertinere videtur, aliquid de natura *Baltici* maris dicere. Cujus freti mentionem cum supra in gestis *Adaldagi* Pontificis ex scriptis *Einhardi* fecerim, explanationis more utens, ea quæ ille per compendium dixit, pleniori calamo nostris scienda proponam. *Sinus quidam*, inquit, *ab occidentali Oceano versus Orientem porrigitur.* Sinus ille ab incolis appellatur *Balticus*, idemque *mare Barbarum* seu *pelagus Scythicum* vocatur à gentibus quas alluit barbaris. Occidentalis autem Oceanus ille videtur, quem Romani *Britannicum* scribunt, cujus latitudo immensa, terribilis & periculosa, ab occasu complectitur Britanniam, quæ nunc *Anglia* dicitur: à meridie Fresos tangit, cum ea parte Saxoniæ, quæ nostræ diœcesi pertinet Hammaburgensi; à solis ortu habet Danos, ostiumque Baltici maris,

&

& Nordmannos; qui ultra Daniam consistunt: ab Aquilone vero idem Oceanus insulas præterlabitur Orchadas, deinde infinitis orbem terræ spaciis ambit, siniſtrorsum habens Hiberniam Scotorum patriam, quæ nunc *Irland* dicitur, dextrorsum vero scopulos Nordmanniæ, ulterius autem Insulas *Island* & *Gronland*, ibi terminatur *Oceanus*, qui dicitur *caligans*. Quod autem dicit eundem sinum longitudinis incompertæ, hoc nuper apparuit in solertia fortissimorum virorum *Ganund Wolf* satrapæ Danorum, sive *Haroldi* regis Nordmannorum, qui magno viæ labore, multoque sociorum periculo, quantitatem hujus maris perscrutantes, ancipiti demum jactura ventorum ac piratarum fracti, victique redierunt. Affirmant autem Dani, longitudinem hujus ponti sæpe à pluribus expertam, secundo flatu per mensem aliquos à Dania perveniſſe in *Oſtrogard* Ruzziæ. Cap. 118.

Latitudinem vero illam ponit, quæ nusquam centum millia passuum excedat, cum in multis, ait, locis contractior inveniatur, quod in ostio ejusdem sinus videri potest, cujus ab Oceano introitus inter *Alaburg* vel *Wendilam* promontorium *Daniæ* scopulosque *Nordmanniæ* tam strictus invenitur, ut facili saltu per noctem carbasa traiiciantur. Item limitem egressus Danorum idem pontus late brachia tendit, quæ denuo contrahit è regione Gothorum, qui à latere *Wilzos* habent. Deinde quanto interius vadit tanto latius hinc inde diffunditur. Cap. 219.

Hunc, inquit, sinum multæ circumsident nationes. *Dani* si quidem ac *Sveones* quos *Nordmannos* vocamus, septentrionale littus tenent, & omnes in eo insulas. Ad littus autem australe Slavi *Haisti*, aliæque diversæ incolunt nationes, inter quos præcipui sunt *Welatabi*, qui & *Wilzi* dicuntur. Dani vero & Sveones, cæterique trans Daniam populi, ab Historicis Francorum omnes *Nordmanni* vocantur, cum tamen Romani Cap. 220.

mani scriptores ejusmodi vocent *Hyperboreos*, quos Marcia-
Cap. 221. nus Capella multis laudibus extulit. Itaque primi ad ostium prædicti sinus, in australi ripa versus nos Dani, quos *Iuthas* appellant, usque ad *Sliam* lacum habitant. Vnde incipiunt fines Hammaburgensis parochiæ, qui per maritimos Slavorum populos longo tractu porriguntur usque ad *Panim* fluvium, ibi limes est nostræ diœcesis. Inde *Wilzi* & *Leuticii* sedes habent, usque ad *Odoram* fluvium: trans Odoram autem comperimus degere *Pomeranos*. Deinde latissima Polanorum terra diffunditur, cujus terminum dicunt in *Ruzziæ* regnum connecti. Hæc est ultima & maxima *Winulorum* provincia,
Cap. 222. quæ & finem illius facit sinus. At vero à parte Aquilonali revertentibus ad ostium Baltici freti, primi occurrunt *Nordmanni*; deinde *Scania* prominet, regio Danorum, & supra eam tenso limite *Gothi* habitant, usque ad *Bircam*, postea longis terrarum spaciis regnant *Sveones*, usque ad terram fœminarum. Supra illas *Wilzi*, *Mirri*, *Lami*, *Scuti*, & *Turci* habitare feruntur usque ad Ruzziam. In qua denuo finem habet ille Sinus. Itaque latera illius ponti ab austro Slavi, ab Aquilone *Svedi* possederunt. Asserunt etiam periti locorum à Sveonia terrestri via quosdam usque in Græciam permeasse. Sed barbaræ gentes, quæ in medio sunt, hoc iter impediunt, propterea navibus tentatur periculum.

Cap. 223. Multæ sunt Insulæ in hoc sinu, quas Dani & Sveones omnes habent in sua ditione, aliquas etiam Slavi tenent. Earum prima est in capite illius freti *Wendila*, secunda *Morse*, tertia *Thuit*, modico ab invicem intervallo divisæ, quarta est *Sampse*, quæ oppositæ est civitati Arhusen, quinta *Finnis*, sexta *Seland*, septima quæ illi adheret, & quarum supra memoriam fecimus: Octavam dicunt illam, quæ Sconiæ ac Gothiæ proxima *Holmus* appellatur, celeberrimus Daniæ portus, & fida statio navium, quæ à Barbaris in Græciam dirigi solent. Cæ-

terum *Finni* insulæ aliæ septem adjacent minores ab Euro; quas supra diximus, frugibus opulentas, hoc est *Moiland*, *Imbra*, *Falstre*, *Laland*. Item aliæ omnes sibi vicinæ, cum Laland interius vadat ad confinia Slavorum. Hæ quindecim Insulæ Danorum regnum aspiciunt, omnesque jam Christianitatis titulo decoratæ sunt. Sed & aliæ interius sunt, quæ subjacent Sveonum Imperio: Quarum maxima est illa, quæ *Curland* dicitur, iter octo dierum habens, gens crudelissima, propter nimium idololatriæ cultum fugitur ab omnibus: aurum ibi plurimum, equi optimi, divinis, auguribus, atque nicromanticis omnes domus sunt plenæ, qui etiam vestitu Monachico induti sunt. A toto orbe ibi responsa petuntur, maximè ab Hispanis & Græcis. Hanc insulam in vita Sancti Ansgarij *Chori* nominatam credimus, quam tunc Sveones tributo subjecerunt. Vna ibi nunc facta est Ecclesia, cujusdam studio negatiatoris, quem Rex Danorum multis ad hoc illexit muneribus. Ipse enim Rex gaudens in Domino recitavit mihi hanc cantilenam.

Præterea recitatum est nobis, alias plures Insulas in eodem ponto esse, quarum una grandis *Estland* dicitur, non minor illa de qua prius dixi. Nam & ipsi Deum Christianorum prorsus ignorant, Dracones adorant cum volucribus, quibus etiam vivos litant homines, quos à mercatoribus emunt, diligenter omnino probatos, ne maculam in corpore habeant, pro qua refutari dicuntur à Draconibus. Et hac quidem Insula *terra fœminarum* proxima narratur, cum illa superior non longe sit à *Birka* Sveonum. Cap. 214.

Illarum autem Insularum quæ Slavis adjacent, insigniores accepimus tres. Quarum prima *Fembre* vocatur. Hæc opposita est Wagris. Altera est contra Wilros posita, quam *Rani* vel *Runi* possident, fortissima Slavorum gens, extra quorum sententiam de publicis rebus nihil agi lex est, ita illi metuuntur propter familiaritatem Deorum, vel potius Cap. 215. Cap. 216.

potius Dæmonum quos majori cultu cæteris venerantur. Ambæ igitur hæ insulæ piratis & cruentissimis latronibus ple- 77.
Cap. 227. næ sunt, qui & nemini parcunt ex transeuntibus. Tertia est illa, quæ *Semland* appellari solet, contigua Ruzzis & Polonis: hanc inhabitant Sembi vel Prutzci, homines humanissimi, qui obviam tendunt ad auxiliandum hiis, qui in mari periclitantur, vel qui à piratis infestantur. Aurum, argentumque pro minimo ducunt, pellibus abundant peregrinis, quorum odor nostro orbi lætiferum superbiæ venenum propinavit. Et illi quidem ut stercora hæc ad nostram forte habent damnationem, qui per fas nefasque ad vestem anhelamus marturinam, quasi ad summam beatitudinem. Itaque pro laneis indumentis, quæ nos dicimus *Paldones*, illi offerunt tam preciosos martures. Multa ergo possent ex illis populis dici laudabilia in moribus, si solam Christi fidem haberent, cujus prædicatores immaniter persequuntur. Apud illos enim illustris Bœmorum Episcopus *Adalbertus* martyrio est coronatus. Vsque hodie profecto inter illos, cum omnia communia sint nostris, solus accessus prohibetur lucorum & fontium, quos autumant Christianorum pollui accessu. Carnes etiam jumentorum pro cibo sumunt, quorum lacte vel cruore utuntur in potu, ita ut inebriari dicantur. Homines cærulei, facie rubea & criniti, præterea in accessi paludibus, nullum inter se pati Dominum volunt.

Cap. 228. Sunt & plures aliæ in hoc Ponto Insulæ, ferocibus Bar- 78.
baris omnes plenæ, ideoque fugiuntur à navigantibus. Item circa hæc littora Baltici maris ferunt esse *Amazonas*, quod nunc terra fæminarum dicitur: Quas aquæ gustu aliqui dicunt concipere. Sunt etiam qui referant eas imprægnari à prætereuntibus negotiatoribus, vel ab eis, quos inter se habent captivos, sive ab aliis monstris, quæ ibi non rara habentur. Et hoc etiam credibilius est. Cumque pervenerint ad partum, si quidem

dem masculini generis fuerit, Cynocephali; si quid fæminini, speciosissimæ mulieris. Hæ simul viventes, spernunt consortia virorum: quos etiam, si advenerint, à se viriliter repellunt. *Cynocephali* sunt, qui caput in pectore habentes, in Ruzzia sæpe videntur captivi, & cum verbis latrant in voce. Ibi sunt etiam qui dicuntur *Alani* vel *Albini*, cum canicie nascun-
79. tur: de quibus *Solinus* auctor meminit. Eorum patriam canes defendunt. Si quando pugnandum est, canibus aciem struunt. Ibi sunt homines pallidi, virides & macrobii, id est, longi, quos *Busos* appellant. Postremo illi, qui dicuntur antropophagi, & humanis vescuntur carnibus. Ibi sunt alia monstra plurima, quæ recitantur à navigantibus, sæpe inspecta, quamvis hoc nostris vix credibile videatur. Hæc habui quæ de sinu illo Baltico vel Barbaro dicerem, cujus nullam mentionem audivi quempiam doctorum feciſſe, nisi solum, de quo supra diximus, *Einhardum*. Et fortasse mutatis nominibus arbitror illud fretum ab antiquis Romanis vocari *Paludes Scythicas*, vel *Meoticas*, sive deserta Getarum, aut littus Scythicum, quod *Martianus*, ait, confertum esse multiplici diversitate barbarorum. *Illic*, inquit, *Getæ*, *Daci*, *Sarmatæ*, *Neu-*
80. *tri*, *Alani*, *Geloni*, *Antropophagi*, *Troglodytæ*. Quorum errori condolens noster Metropolitanus, statuit *Birkam* illis gentibus Metropolim, quæ in medio Sveoniæ posita contra civitatem Slavorum opposita respicit *Iuminem*, paribusque spaciis omnes illius ponti amplectitur oras. In qua civitate primum ex no-
81. stris ordinavit. *Hiltinum* abbatem, quem ipse *Iohannem* appellavit. Itaque de Insulis Danorum dictum est satis. Nunc vero ad Sveonum sive Nordmannorum populos, qui Danis proximi sunt, convertamus articulum.

Transeuntibus insulas Danorum, alter mundus aperitur in *Sveoniam* vel *Nordmanniam*, quæ sunt duo latissima Aquilonis Regna, & nostro orbi adhuc fere incognita. De qui-

Cap. 229.

quibus narravit mihi sanctissimus Danorum Rex, quod Nordmannia vix queat transiri per mensem, cum Sveonia duobus mensibus non facile percurratur. Quod, ipse inquit, probaveram quia nuper sub *Iacobo* rege XII annis in illis regionibus militavi, quæ altissimis ambæ montibus includuntur, magis autem Nordmannia, quæ suis alpibus circundat Sveoniam. 82.

De Sveonia vero non tacent antiqui auctores, *Solinus* scilicet & *Orosius*, qui plurimam partem Germaniæ Svevos dicunt tenere, nec non montana ejus usque ad Ripheos montes extendi. Ibi etiam est *Albis* fluvius, de quo *Lucanus* meminisse videtur. Qui oritur in prædictis alpibus, perque medios Gothorum populos currit in Oceanum, inde & *Gothelba* dicitur. 83.

Sveonia ergo regio est fertilissima, ager frugibus & melle opimus, extra quod pecorum fœtu omnibus antefertur, oportunitas fluminum sylvarumque magna, ubique peregrinis mercibus omnis regio plena. Nullis itaque egere dicas Sveones opibus, excepta quam nos diligimus, sive potius adoramus, superbia. 84.

Omnia enim instrumenta vanæ gloriæ, hoc est, aurum, argentum, soni pedes regios, pelles Castorum, & Marturum, quæ nos admiratione sui dementes faciunt, illi pro nihilo ducunt. In sola mulierum copula modum nesciunt. Quisque secundum facultatem virium suarum duas aut tres vel amplius simul habet; divites & Principes absque numero. Nam & filios ex tali conjunctione genitos habent legitimos. Capitali vero mulctatur pœna, si quis alterius uxorem cognoverit, aut vi oppresserit virginem, sive qui alterum bonis suis spoliaverit, aut injuriam fecerit. 85.

Quamvis omnes Hyperborei hospitalitate sint insignes, præcipui sunt nostri Sveones: quibus est omni probro gravius hospitium negare transeuntibus, ita ut certamen habeant inter se, quis dignus sit hospitem recipere. Cui omnia exhibens humanitatis jura, quot illic commorari voluerit diebus, ad amicos suos illum certatim

cim per singulas dirigit mansiones. Hac illi bona in moribus habent. Prædicatores autem veritatis, si casti, prudentes, & idonei sint, ingenti fovent amore, adeo ut concilio populorum communi, quod ab ipsis *Warph*, à nobis *Thinc* vocatur, Episcopos interesse non renuant. Vbi de Christo ac Christiana religione crebro audiunt non inviti. Et profecto facile sermone ad nostram fidem illi persvaderentur, nisi quod mali doctores, dum sua quærunt, non quæ Iesu Christi, scandalizant eos, qui salvari possent.

86. Populi Sveonum multi sunt, viribus & armis egregij, præterea tam in equis quam in novibus juxta optimi bellatores. Vnde etiam sua potentia cæteras aquilonis gentes confringere videntur. Reges habent ex genere antiquos, quorum tamen vis pendet in populi sententia, quod in commune laudaverint omnes, illum confirmare oportet, nisi ejus decretum potius videatur, quod aliquando sequuntur inviti. Itaque domi pares esse gaudent. In prælium euntes omnem præbent obedientiam Regi, vel ei qui doctior cæteris à Rege præfertur. Si quando vero præliantes in angustia positi sint, ex multitudine Deorum quos colunt, unum in auxilium invocant: ei post victoriam deinceps sunt devoti, illumque cæteris anteponunt, Deum autem Christianorum jam communi sententia fortiorem clamant omnibus esse; alios Deos sæpe fallere, illum porro semper astare certissimum adjutorem in oportunitatibus. Cap. 230.

87. Ex ipsis populis Svediæ proximi ad nos habitant *Gothi*, qui Occidentales dicuntur, alij sunt Orientales. Verum *Westergothia*, confinis est provinciæ Danorum, quæ Sconia dicitur. A qua ferunt diebus septem perveniri usque ad civitatem Gothorum magnam *Scarane*. Deinde *Ostrogothia* protenditur juxta mare quod Balthicum dicitur, usque ad Birkam. Primus Gothorum Episcopus *Thurgot* fuit, secundus *Godescalcus*, vir sapiens & bonus, nisi quod domi sedens, ocium Cap. 231.

abrlio

labori prætulit, tertium autem ordinavit noster Metropolitanus *Adalvvardum* seniorem, vere laudabilem virum. Qui deinde ad Barbaros perveniens, sicut docuit, ita vixit. Nam sancte vivendo ac bene docendo, magnam gentilium multitudinem ad Christianam convertit fidem. Qui etiam virtutum 80.
claruit miraculis, ita ut poscentibus in necessitate Barbaris, imbrem de cælo faceret descendere, & denuo serenitatem venire, & alia quæ hactenus quæruntur à doctoribus. Is autem vir memorabilis in Gothia permanens, nomen Domini Jesu constanter omnibus prædicavit. Ibidemque post multos agones, quos pro Christo libenter sustinuit, victricem terræ carnem tradidit, Spiritus cælum petiit laureatus. Post quem Archiepiscopus ordinavit in illas partes quendam *Acilinum*, nihil Episcopali nomine dignum ferentem præter ingentem corporis staturam. Et ille quidem carnis requiem diligens, frustra legationem Gothis mittentibus, usque ad obitum suum in deliciis Coloniæ permansit. Inter Nordmanniam & Sveoniam *Warmelani* & *Finvvedi* degunt, & alii: qui nunc, omnes sunt Christiani, respiciuntque ad Scaranensem Ecclesiam. In confinio Sveonum vel Nordmannorum, contra boream, habitant *Scritefinni*, quos ajunt, cursu feras præire. Civitas eorum ma- 90.
xima *Halsingaland* & Halsingaland Regio est. Ad quam primus est ab Archiepiscopo designatus *Stenphi* Episcopus, quem ipse mutato nomine *Simonem* vocavit. Qui etiam multos earundem gentium sua prædicatione lucratus est. Præterea sunt alij numero carentes Sveonum populi, de quibus ad Christianitatem conversos accepimus solos *Gothos*, *Wermelanos* & partem *Scritefingorum*, vel qui illis vicini sunt.

Cap. 232. Igitur ut brevem Sveoniæ vel Svediæ faciamus descriptionem: Hæc ab occidente *Gothos* habet, & civitatem Scaranen, à borea *Wermilanos*, cum Scritefinnis, quorum caput *Halsingaland*, ab austro longitudinem habet illius Baltici maris,

maris, de quo ante diximus: ibi est civitas magna *Sictona*. Aboriente autem Ripheos montes attingit, ubi deserta ingentia, ubi nives altissimæ, ubi monstruosi hominũ greges, ultra prohibent accessum. Ibi sunt *Amazones*, ibi *Cynocephali*, ibi *Cyclopes*, qui unum in fronte habent oculum. Ibi sunt illi quos Solinus dicit *Himantopodes*, uno pede salientes, & illi qui humanis carnibus delectantur pro cibo, ideoque sicut fugiuntur, ita etiam jure tacentur. Narravit igitur mihi Rex Danorum sæpe recolendus, gentem quandam ex montanis in plana descendere solitam, & incertum esse unde veniat, semel aliquando per annum vel post triennium, inquit, subiti accedunt. Quibus nisi totis resistatur viribus omnem depopulantur regionem, & denuo recedunt. Aliaque multa recitari solent, quæ brevitati studens omisi, ab hiis dicenda, qui hæc se vidisse testantur.

91. Nunc de superstitione Sveonum pauca dicemus. Nobi- [Cap. 133.
lissimum illa gens templum habet, quod *Vbsola* dicitur, non longe positum à *Sictona* civitate vel *Birka*. In hoc templo, quod totum ex auro paratum est, statuas trium Deorum veneratur populus, ita ut potentissimus eorum *Thor* in medio solum habeat triclinium. Hinc & inde locum possident, *Wo-*

92. *dan* & *Fricco*. Quorum significationes ejusmodi sunt: *Thor*, inquiunt, præsidet in aëre, qui tonitrus, & fulmina, ventos, imbresque, serena, & fruges gubernat. Alter *Wodan*, id est, fortior, bella regit, hominumque ministrat virtutem contra inimicos, Tertius est *Fricco*, pacem voluptatemque largiens mortalibus. Cujus etiam simulachrum fingunt ingenti Priapo. Wodanem vero sculpunt armatum, sicut nostri Martem sculpere solent. *Thor* autem cum sceptro Jovem exprimere

93. videtur. Colunt & Deos ex hominibus factos, quos pro ingentibus factis immortalitate donant, sicut in vita sancti Ansgarii legitur Hericus Rex feciſſe, omnibus scilicet Diis attributos sacerdotes, qui sacrificiæ populi offerant. Si pestis & fa-

mes

mes imminet, *Thor* Idolo immolant, si bellum, *Wodani*, si nuptiæ celebrandæ sunt, *Fricconi*. Solet quoque post novem annos, communis omnium Sveoniæ provinciarum solennitas celebrari. Ad quam videlicet solennitatem, nulli præstatur immunitaas. Reges & populi omnes, & singuli sua dona ad *Vbsolam* transmittunt, & quod omni pœna crudelius est, illi qui jam induerunt Chtistianitatem, ab illis se ceremoniis redimunt. Sacrificium itaque tale est. Ex omni animante, quod masculinum est, novem capita offeruntur, quorum sanguine Deos tales placari mos est, corpora autem suspenduntur in lucum, qui proximus est templo. Is enim Lucus tam sacer est Gentilibus, ut singulæ arbores ejus, ex morte vel cibo immolatorum divinæ credantur. Ibi etiam canes, qui pendent cum hominibus, quorum corpora mixtim suspensa, narravit mihi quidam Christianorum, se LXXII vidisse. Cæterum næniæ, quæ in ejusmodi ritibus libatoriis fieri solent, multiplices sunt, & inhonestæ, ideoque melius reticendæ. 94.

Cap. 235. In eadem provincia nuper res contigit memorabilis, & pro dignitate gestorum longè divulgata, pervenit etiam ad noticiam pontificis. Quidam enim è sacerdotibus, qui ad Vbsolam Dæmonibus astare solebat, nequicquam juvantibus Diis factus est cæcus. Cumque vir sapiens infortunium orbitatis suæ culturæ Idolorum imputaret, quæ superstitiose venerans potissimum Christianorum Deum offendisse videretur, ecce ipsa nocte apparuit sibi virgo decora nimis, interrogans, *si in filium ejus credere vellet, ut visum reciperet, abjectis quæ ante colebat simulachris.* Tunc ille qui nihil ardui renueret subeundum pro hoc dono, *ita se facere*, lætus spopondit. Ad hæc virgo; *scito*, inquit, *certissimè, hunc locum, ubi nunc tantus innocentium cruor effunditur, in meo dedicandum proxime honore. In qua re ne tibi aliqua dubietatis signa remaneant, in nomine Christi, qui est filius meus, tu recipe lumen oculorum tuorum.* Mox

ille lumine recepto credidit, pertranſienſque totas in circuitu regiones, facili fide paganis perſuaſit, ut crederent in eum, qui cæcum illuminavit.

Quibus miraculorum cauſis impellentibus, ſtatim noſter Metropolitanus obediens voci, qui dicit; *Reſpicite & levate oculos veſtros, quoniam regiones jam albæ ſunt ad meſſem*; ordinavit in illas partes *Adalvvardum* juniorem, de Bremenſi choro aſſumptum, virum literis & morum probitate fulgentem. Cui etiam per Legatos clariſſimi Regis *Stenkil* ſedem poſuit in *Sictona* civitate, quæ diſtat ab *Vbſola* itinere diei unius. Eſt vero iter ejusmodi, ut à *Sconia* Danorum per mare velificans, quinto die pervenias uſque *Sictonam* vel *Birkam*, juxta enim ſunt. Si vero per terram eas à Sconia per Gothorum populos, & civitatem *Scaranen*, *Telgas* & *Birkam*, completo menſe pervenies *Sictonam*. Relatum eſt autem nobis à quibusdam *Adalvvardi* Epiſcopi ſtipatoribus, cum primum *Sictonam* acceſſiſſet ad unam miſſarum celebrationem, ad manum ſibi oblatas LXX. marcas argenti. Tantæ enim devotionis ſunt omnes populi arcticæ plagæ. Tunc etiam occaſione itineris divertit *Birkam*, quæ nunc in ſolitudinem redacta eſt, ita ut veſtigia civitatis vix appareant: quare nec tumulus ſancti *Vnni* Archiepiſcopi potuit inveniri. *Adalvvardus* igitur magno prædicandi fervore Evangelii *Sveciam* ingreſſus, omnes qui in *Sictona* erant & in circuitu, brevi temporis ſpatio ad Chriſtianam fidem perduxit. Conſpiravit etiam cum ſanctiſſimo viro *Eginone* Sonienſi Epiſcopo, ut pariter adirent illud templum Paganorum, quod *Vbſola* dicitur, ſi forte aliquem Chriſto laboris ſui fructum ibi poſſent offerre; omnia tormentorum genera libenter ſuſcepturi, ut illa deſtrueretur domus, quæ caput erat barbaricæ ſuperſtitionis. Illa enim diruta vel potius cremata, fore, ut tota gentis converſio ſequeretur. Quam confeſſorum Dei voluntatem piiſſimus Rex *Stenkil* in populo murmurari ſentiens,

Cap. 236.

Cap. 237.

ens, callide submovit eos à tali cœpto, asserens & illos statim morte damnandos, & se à Regno depellendum, qui malefactores in patriam duxerit, & facile omnes ad Paganismum relapsuros, qui nunc credunt, sicut in *Slavania* nuper factum potest videri. Talibus Regis allocutionibus consentientes Episcopi, omnes Gothorum civitates peragrabant, idola confringentes, & multa Paganorum milia deinceps lucrantes ad Christianitatem. Hæc de *Sveonia* & ceremoniis ejus dicta sufficiant.

Cap. 238. *Nordmannia* sicut ultima orbis provincia est, ita convenienter in ultimo libri loco ponetur à nobis. Hæc à modernis dicitur *Norvvegia*. De cujus situ vel magnitudine, cum prius aliqua communiter cum *Sveonia* dixerimus, nunc vero hoc specialiter dicendum est, quod longitudine sua in extremam septentrionis plagam extenditur hæc regio, unde & dicitur. Incipit autem ex prominentibus scopulis hujus freti, quod *Balticum* appellari solet: deinde reflexo in Aquilonem dorso, postquam ferventis Oceani marginem suo circuit ambitu, tandem in *Ripheis* montibus limitem facit, ubi & lassus deficit orbis. *Nordmannia* propter asperitatem montium, sive propter frigus intemperatum, steriliſſima est omnium Regionum, solis apta pecoribus, indeque fortissimos educat milites, qui nulla frugum luxuria molliti, sæpius impugnant alios, quam ipsi molestentur ab alio. Sine invidia cum proximis habitant *Sveonibus*, quamvis à *Danis*, æque pauperibus, non impune tentantur aliquando. Itaque rei familiaris inopia coacti, totum mundum circueunt, & piraticis raptibus ampliſſimam terrarum facultatem reportant domum, penuriam suæ regionis tali modo sustinentes. Post susceptam vero Christianitatem, melioribus imbuti scholis, didicerunt jam pacem & veritatem diligere, paupertate sua contenti esse, immo quæ hæreditant collecta spargere, non ut prius conspersa colligere. Cumque nefandis maleficiorum artibus, omnes ab initio servirent, 96.

nunc cum Apostolo simpliciter confitentur, & hunc crucifixum. Sunt etiam continentissimi omnium mortalium, tam in cibis, quam in moribus, parcitatem, molestiamque summopere diligentes. Præterea sacerdotum & Ecclesiarum tantam venerationem habent, ut vix Christianus habeatur, qui non quotidie offerat ad Missam, quam audierit. Verum Baptismus & Confirmatio, dedicationes altarium, & sacrorum benedictio ordinum, apud illos & Danos care omnia redimuntur. Quod ex avaritia sacerdotum prodisse arbitratur, quia Barbari adhuc decimas dare, aut nesciunt, aut nolunt, ideoque constringuntur in cæteris, quæ deberent gratis offerri. Nam visitatio infirmorum & sepultura mortuorum, omnia
97. ibi venalia. Apud illos igitur tanta morum insignia, sola, ut compertum habeo, sacerdotum corrumpuntur avaritia.

In multis *Nordmanniæ* vel *Svediæ* locis, pastores pecudum sunt etiam nobilissimi homines, ritu patriarcharum & labore manuum viventes. Omnes vero sunt Christianissimi, qui in *Nordvvegia* degunt, exceptis illis, qui trans arctoam plagam circa Oceanum remoti sunt, quos adhuc ferunt magicis artibus, sive incantationibus in tantum prævalere, ut se scire fateantur, quid à singulis in toto terrarum orbe geratur, tunc etiam potenti murmure verborum grandia cete maris in littora trahunt, aliaque multa, quæ de maleficis in scripturis leguntur, illis ex usu facilia sunt. In asperrimis etiam, quæ ibi sunt, alpibus, audivi mulieres esse barbaras, viros autem silvicolas, raro se præbere videndos. Qui ferarum pellibus utuntur pro vestibus, & loquentes ad invicem frendere magis, quam verba proferre dicuntur, ita ut vix à proxi-
98. mis intelligi queant populis. In eisdem montanis agrestium tanta est copia ferarum, ut plurima pars Regionis ex solis vivat silvaticis. Ibi capiuntur Uri, Bubali, & Elaces, sicut in Sveonia: cæterum Bisontes capiuntur in *Slavania* & *Ruzzia*: sola vero

Cap. 119.

vero *Nordmannia* vulpes habet nigras, & lepores, martures albos, ejusdemque coloris ursos, qui sub aqua, ut uri vivunt. Cumque diversa prorsus & insveta nostris multa tibi videantur, ab ejusdem patriæ incolis hæc & alia plenius dicenda relinquo.

Cap. 240. Metropolis civitas Nordmannorum est *Trondemnis*, quæ nunc decorata Ecclesiis, magna populorum frequentatione celebratur. In qua jacet corpus beatissimi *Olaph* Regis & Martyris. Ad cujus tumbam usque in hodiernum diem maxima Dominus operatur sanitatum miracula, ita ut à longinquis illuc confluant regionibus, qui se sancti Martyris meritis sperant posse juvari. Est vero iter ejusmodi, ut ab *Alaburg*, vel *Wendila* Danorum ingredientibus navim, per diem mare transeatur ad *Wig* civitatem Nordmannorum: inde vela torquentur in lævam, circa litora Nordwegiæ, & quinto die pervenitur ad ipsam civitatem quæ *Trondemnis* dicitur. Potest autem iri & alia via quæ ducit à Sconia Danorum terrestri itinere usque ad Trondemnem: sed hæc est tardior in montanis; & quoniam plena est periculo, declinatur à viatoribus.

Cap. 241. In Nordmanniam primus ab Anglia venit quidam *Johannes* Episcopus, qui Regem cum populo conversum baptizavit: cui succesſet *Grinkeil* Episcopus, qui tunc erat ad *Invvanum* Archiepiscopum Regis *Olaph* legatus. Tertio loco advenit ille *Sigafridus*, qui & apud Svedos & Nordmannos juxta prædicavit. Isque duravit usque ad nostram ætatem, cum aliis æque non obscuris in illa gente sacerdotibus. Post quorum excessum noster Metropolitanus petentibus Nordmannorum populis, ordinavit *Tholf* Episcopum in civitate Trondemni; & *Siguardum* in easdem partes. *Asgotum* vero & *Bernardum*, licet moleste ferret à Papa consecratos, accepta satisfactione dimisit à se donatos. Per quos usque hodie ver-

bum Dei multas lucratur animas, ita ut in omnibus provinciis Nordwegiæ, beata mater Ecclesia lætis floreat incrementis. Inter Nordmannos tamen & Sveones, propter novellam plantationem Christianitatis, adhuc nulli Episcopatus certo limite sunt designati, sed unusquisque Episcoporum à Rege vel populo assumptus, communiter ædificant Ecclesiam, & circueuntes regionem, quantos possunt ad Christianitatem trahunt, eosque gubernant sine invidia, quam diu vivunt.

Post Nordmanniam, quæ est ultima Aquilonis pro- Cap. 142.
vincia, nihil habitationis humanæ, nisi terribilem visu & & infinitum Oceanum, qui totum mundum amplectitur invenies. Is habet ex adverso Nordmanniæ insulas multas non ignobiles, quæ nunc fere omnes Nordmannorum ditioni subjacent, ideoque à nobis non sunt prætereundæ, quoniam Hammaburgensem parochiam & ipsæ respiciunt. Quarum primæ sunt *Orchades* insulæ, quas Barbari vocant *Organas*: ritu Cycladum illæ sunt dispersæ per Oceanum. De quibus Romani
100. Auctores *Martianus* & *Solinus*, ita scripsisse videntur. A tergo Britanniæ, unde infinitus patet Oceanus, Orchades sunt insulæ, quarum xx. sunt desertæ, xvi. coluntur. Orchades insulæ pæne xl. junctæ. Item vicinæ sunt Electrides, in quibus Electrum
101. gignitur. Igitur Orchades inter Nordmanniam & Britanniam ac Hyberniam positæ, frementis Oceani ludibundæ minas derident. Ad quas à civitate Nordmannorum *Trondemne* per diem ferunt navigari posse. Item ab Orchadibus, ajunt, simile spatium sive in *Angliam* dirigas, sive in *Schotiam* flectere velis. Ad easdem insulas Orchadas, quamvis prius ab Anglorum & Schotorum Episcopis regerentur, noster primus, jussu Papæ, ordinavit *Thorulfum* Episcopum, in civitate *Blascona*, qui omnium curam ageret.

Insula *Thyle*, quæ per infinitum à cæteris secreta longe sita est in Oceano, vix, ut inquiunt, nota habetur. De Cap. 143.
qua

qua tam à Romanis scriptoribus, quam à Barbaris multa referuntur digna prædicari. Ultima, inquiunt, omnium Thyle, in qua æstivo solstitio, sole cancri signum transeunte, nox nulla, Brumali solstitio proinde nullus dies. Hoc quidam senis mensibus fieri arbitrantur. Item *Beda* scribit, in Britannia æstate lucidas noctes haud dubie repromittere, ut si in solstitio, continui dies habeant, senis mensibus, noctesque è diverso ad Brumam sole remoto. Quod fieri in insula Thyle *Pictheas Massilienſis* scribit sex dierum navigatione in Septentrione à Britannia distante. Hæc itaque Thyle nunc *Island* appellatur, à glacie quæ Oceanum astringit. De qua etiam hoc memorabile ferunt, quod eadem glacies ita nigra & arida videatur, propter antiquitatem, ut incensa ardeat. Est autem insula permaxima, ita ut populos intra se multos contineat, qui solo pecorum fœtu vivunt, eorumque vellere teguntur: nullæ ibi fruges, minima lignorum copia, propterea in subterraneis habitant speluncis, tecto communi & victu & strato gaudentes cum pecoribus suis. Itaque in simplicitate sanctam vitam peragentes, cum nihil amplius quærant quam natura concedit, læti dicere cum Apostolo possunt, *habentes victum & vestitum, his contenti simus*. Nam & montes suos habent pro oppidis, & fontes pro delitiis. Beata, inquam, gens, cujus paupertati nemo invidet; & in hoc beatissima, quod nunc omnes induerunt Christianitatem. Multa insignia in moribus eorum, præcipue Charitas, ex qua procedit, ut inter eos omnia sint communia tam advenis, quam indigenis. Episcopum suum habent pro Rege, ad cuius nutum respicit omnis populus, quicquid ex Deo. ex scripturis, ex consvetudine aliarum gentium, ille constituit, hoc pro lege habent. De quibus noster Metropolitanus immensas Deo gratias retulit, quod suo tempore convertebantur, licet ante susceptam fidem naturali quadam lege non adeo discordarent à nostra Religione. Itaque petentibus illis ordi-

102.

103.

104.

navit

navit quendam sanctissimum virum *Isleph*. Qui ab eadem Regione missus ad pontificem, aliquamdiu apud eum retentus est, cum ingenti prorsus honore, discens interea quibus noviter conversos ad Christum populos salubriter posset informare. Perquem transmisit Archiepiscopus suos apices populo Islanorum & Gronlandorum, venerabiliter eorum salutans Ecclesias: pollicens ei propediem se venturum usque ad illos, ut gaudio similiter pleno fruantur. In quibus verbis egregia, quam habuit in legatione sua voluntas Pontificis laudari debet, quoniam & Apostolum discimus ad prædicandum verbum Dei velle in Hispaniam proficisci, quod implere non potuit. Hæc de *Island*, & de ultima *Thyle* veraciter comperi, fabulosa præteriens. Sunt autem plures aliæ in Oceano Insulæ, quarum non minima est *Gronland*, pro fundius in Oceano sita contra montes Svediæ, vel Riphea juga. Ad quam insulam à litore Nordmannorum ferunt vela pandi quinque aut septem diebus, quemadmodum ad Island. Homines ibi à salo cærulei, unde & Regio illa nomen accepit, qui similem Islanis vitam agunt, excepto quod crudeliores sunt, raptuque piratico remigantibus infesti. Ad eos etiam, sermo est, nuper Christianitatem pervolasse. Tertia est *Halagland* insula vicinior Nordmanniæ, verum magni tudine cæteris non impar. Hæc in æstate circa solstitium per quatuordecim dies continuos solem videt super terram, & in hieme similiter per totidem dies sole caret. Stupenda res & incognita Barbaris, qui nesciunt disparem longitudinem dierum contingere propter solis accessum & recessum. Nam propter rotunditatem orbis terrarum necesse est, ut solis circuitus accedens alibi diem exhibeat, alibi noctem relinquat. Qui dum ascenderit ad æstivale solstitium, simili ratione facit australibus. Hoc ignorantes Pagani, terram illam vocant sanctam & beatam, quæ tale miraculum præstat mortalibus.

Cap. 244.

105.

Cap. 245.

Itaque

Itaque Rex Danorum cum multis aliis conteſtatus eſt hoc ibi contingere, ſicut in Svedia & Norwegia, & in cæteris, quæ ibi ſunt inſulis.

Cap. 146 Præterea unam adhuc inſulam recitavit à multis reperiram in illo Oceano, quæ dicitur *Winland*, eo quod ibi vites ſponte naſcantur, vinum optimum ferentes. Nam & fruges ibi non ſeminatas abundare non fabuloſa opinione, ſed certa Danorum comperimus relatione. Poſt quam inſulam terra nulla invenitur habitabilis in illo Oceano, ſed omnia quæ ultra ſunt glacie intolerabili ac caligine immenſa plena ſunt. Cujus rei *Marcianus* ita meminit: *Vltra Thyle*, inquiens, *navigare unius diei mare concretum eſt.* Tentavit hoc nuper experientiſſimus Nordmannorum Princeps *Haroldus*. Qui latitudinem ſeptentrionalis Oceani perſcrutatus navibus, tandem caligantibus ante ora deficientis mundi finibus, immane abyſſi baratrum retroactis veſtigiis vix ſalvus evaſit.

Cap. 147. Item retulit nobis beatæ memoriæ Pontifex *Adalbertus*, in diebus anteceſſoris ſui quosdam nobiles de Freſia viros, cauſa pervagandi maris in Boream vela tetendiſſe, eo quod ab incolis ejus populi dicitur ab hoſtio *Wirraha*, fluminis directo curſu in aquilonem nullam terram occurrere, præter illud mare quod *Liberſe* dicitur. Cujus rei novitate perveſtiganda, conjurati ſodales à litore Freſonum læto celeumate ſunt progreſſi. Deinde relinquentes hinc Daniam, inde Britanniam, pervenerunt ad *Orchadas*. Quibus à læva dimiſſis, cum Nordmanniam in dextris haberent, longo tractu glacialem *Island* collegerunt. A quo loco maria ſulcantes, in ultimum ſeptentrionis axem poſtquam retro ſe omnes, de quibus ſupra dictum eſt, inſulas viderunt, omnipotenti Deo & ſancto confeſſori *Willehado* ſuam commendantes audaciam & viam, ſubito collapſi ſunt in illam tenebroſam rigentis Oceani caliginem, quæ vix oculis penetrari valeret. Et ecce inſtabilis

Oceani euripus, ad initia quædam fontis sui arcana recurrens, infelices nautas jam desperatos, immo de morte sola cogitantes, vehementissimo impetu traxit ad chaos. Hanc dicunt esse voraginem abyssi, illud profundum in quo fama est omnes maris recursus, qui decrescere videntur absorberi, & denuo revomi, quod fluctuatio dici solet. Tunc illis solam Dei misericordiam implorantibus, ut animas eorum susciperet impetus ille recurrentis pelagi, quasdam sociorum naves abripuit, cæteras autem revomens ex cursu longo ab alteris post terga repulit. Ita illi ab instanti periculo, quod oculis viderant, oportuno Dei auxilio liberati toto nisu remorum fluctus adjuvarunt.

Cap. 148.

At jam periculum caliginis evadentes, & provinciam frigoris, ad quandam insulam altissimis in circuitu scopulis ritu oppidi munitam, insperate appulerunt. Quam visendorum gratia locorum aggressi, repereruut homines in antris subterraneis meridiano tempore latitantes: Præ quorum foribus infinita jacebat copia vasorum aureorum, & ejusmodi metallorum, quæ rara mortalibus & pretiosa putantur. Itaque sumpta parte gazarum quam sublevare poterant, læti remiges festine remeant ad naves. Cum subito retro se venientes contemplati sunt homines miræ altitudinis, quos nostri Cyclopes appellant; quos antecedebant canes magnitudinem solitam excedentes. Quorum incursu unus de sociis eorum captus est, & in momento coram eis laniatus, reliqui vero susceptí ad naves evaserunt, gigantibus (ut ferebant) pone in altum vociferando sequentibus. Tali fortuna comitati Fresones *Bremam* perveniunt, ubi *Alebrando* pontifici ex ordine cuncta narrantes, pio Christo & Confessori ejus Willehado reversionis & salutis suæ hostias immolarunt.

Cap. 149.

Sunt & alia quæ non incongrue dicenda essent de illo æstu maris in die bis citato; quod miraculum præbet omnibus

mnibus maximum; ita ut ipsi, qui arcana rerum perscrutantur Physici, in dubitationem ejus rei cadant, cujus originem ignorant. Cumque *Macrobius* & *Beda* videantur aliquid loqui, *Lucanus* autem se nihil scire fateatur, diversi auctores variis pugnant sententiis: omnes autem incertis abeunt rationibus, nobisque sufficit cum Propheta clamare: *Quam magnificata sunt opera tua Domine, omnia in sapientia fecisti; impleta est terra possessione tua.* Et iterum, *Tui sunt cœli, & tua est terra, & tu dominaris potestati maris, & judicia tua abyssus multa, ideoque jure dicuntur incomprehensibilia.*

Cap. 250. Hæc sunt quæ de natura Septentrionalium Regionum comperimus ad honorem sanctæ Hammaburgensis Ecclesiæ proponenda, quam tanto munere divinæ pietatis præditam videmus, ut innumerabilem populorum multitudinem, quorum hæc Metropolis facta est, labore suæ prædicationis, ex magna jam parte conversos habeat ad Christianitatem, ibi solummodo ponens evangelizandi silentium, ubi mundus habet terminum. Quæ salutifera gentium legatio, primum à Sancto Ansgario incæpta, prosperis semper usque in hodiernum diem aucta est incrementis, usque ad transitum magni *Adalberti*, per annos circiter ducentos quadraginta.

Cap. 251. Ecce illa ferociſſima *Danorum*, sive *Nordmannorum*, aut *Sveonum* natio, quæ, juxta beati *Gregorij* verba, *nihil aliud scivit nisi barbarum frendere*, jam dudum novit in Dei laudibus alleluja resonare. Ecce populus ille piraticus, à quo totas olim Galliarum & Germaniæ provincias legimus depopulatas, suis nunc finibus contentus est, dicens cum Apostolo: *Non habemus manentem hic civitatem, sed futuram inquirimus, & credimus videre bona Domini in terra viventium.* Ecce patria illa horribilis semper inaccessa propter cultum Idolorum, & Scythicæ non mitior ara Dianæ, depositio jam naturali furore, prædicatores veritatis ubique certatim admit-

tit, destructisque Dæmonum aris, Ecclesiæ passim eriguntur, & nomen Christi communi ab omnibus effertur præconio. Nimirum hæc est mutatio dexteræ excelsi, & tam velociter currit sermo Dei omnipotentis, ut à solis ortu & occasu, ab aquilone & mari, laudabile sit nomen Domini, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris, cum patre & sancto spiritu vivens & regnans, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

SVSCIPE magne tui Præsul munuscula servi,
Quæ tibi & Ecclesiæ fert pleno cordis amore.
Parva quidem sunt hæc, & vix, me judice, digna
Quæ possent oculis relegenda placere Catonis.
Nam cum Rhetoricis sermones floribus ornes,
Cum tua lingua sacræ sit clavis Bibliothecæ,
Cum divina patrum scrutere volumina cautis
Indiculis, quid verba putem tibi balba valere?
At cum multa Deo placuissent dona potentum,
Sæpe minuta duo viduæ laudata memento.
Et confido etiam, quia commendatio scripti,
Carior inde tibi maneat, dum nil tibi fictum
Externumque vides; sed quævis pagina veram
Ecclesiæ laudem canit, Historiamque Bremensem.
Omne decus sponsi est, ubi fertur gloria sponsæ.
Cumque per innumeros librorum currerim agros
Scire decet, quod ubique legis hoc esse aliorum.
Iste tuus liber est, totusque revolvitur in te,
Tempus ad usque tuum perducens acta priorum.
a al. ausis. *Ergo fave votis, parce juvenilibus a annis.*
Effice quæso tuo ne spes foret irrita servo,
Qui pro laude tua non erubet esse poëta.
Nempe tibi fateor venerabilis & bone Pastor,
Si bene non potui, certe veracia scripsi,
Testibus his utens, quibus hæc notissima res est.

Nec

Nec mihi scribendo laudem vel munera quæro,
Quippe placere tibi reor hoc satis esse labori.
Tum perpendo tuo non esse ignobile Claustro,
Quod minimus fratrum perfecit maxima rerum,
In quibus Ecclesiæ lucent primordia nostræ,
Arctoumque salus populorum scripta tenetur.
Tempus erit quo facta tuæ celeberrima laudis,
Aut nos, aut aliquis ex docta plebe tuorum
Pangemus majora lyra, si vita superstes.
Quamvis nota satis pateant tua gesta per orbem,
Quæ & sine scriptore vulgabit fama perennis.
Quem nam præteriit felix electio, qua te,
Prisco more patrum, Pastoris nomine dignum,
Electumque Deo, prodebat Spiritus index,
Cuius tunc festum recolebat turba fidelis:
O quantis lacrymis populi tevidimus emptum,
Dum prius oppressi votis communibus omnes
Talem te cuperent, immo longe muliorem.
Quam spes ulla foret, vel nostra fides meruisset,
Tu b *solvis populi duram à cervice catenam,* — b al. Tu solus.
Fasciculosque graves ab onusta plebe repellens,
Afflictæ gentis mœrorem in gaudia vertis.
Tu Clerum injusta raptorum fraude gravatum,
In sua restituis, tu nos errore veterno
Eximis, atque suo reddis sacra templa decori.
Tu pacem terris antiqua lite fugatam
Ecclesiis revocas, iam tertia prælia surgunt;
Et discordantes tu jungis ad oscula mentes.
Si quid adhuc superest, quod gaudia publica turbet,
Per te sedari tribuat Deus, adiciatque
Vt Brema cum Hammaburg per te redimi mereantur,
Quæ diuturna sui flent tempora carceris ambæ;
Hæc à Paganis oppressa, (c hæc clausa) tyrannis. — c al. sed illa.
O Lyemare Pater faveat tibi gratia Christi,
Nosque tuæ pecudes tibi corde & voce favemus.

FINIS.

SCHOLIA ANTIQUA
IN
M. ADAMUM.

Pag. 1. nu. 1.] Einhardus ex Capellanis *Caroli* Imperatoris, vitam ejus descripsit & bella Saxonum.

Pag. 11 nu. 2.] Sedente tunc *Paulo* PP. 1.

Pag. 13. n. 3.] *Fresia* regio est maritima, inaccessa inviis paludibus, habetque pagos XVII. quorum tertia pars Bremensem respicit Episcopatum, his distincta vocabulis: *Ostraga, Rustringe, wanga, Diesmeri, Herloga, Nordi* atque *Morseti*. Et hii VII. pagi tenent Ecclesias circiter L. Hanc Fresiæ partem dirimit à *Saxonia* palus, quæ *Walpinga* dicitur, & *Wirraha* fluvii ostia. A reliqua Fresia palus *Emisgoë* terminat, & mare Oceanus.

Pag. 15. n. 4.] Scriptum est in gestis *S. Ansgarii*, & privilegiis Romanorum Pontificum.

Pag. 20. n. 5.] *Turholtz* monasterium *Flandriæ* nobilissimum est, monachis insigne, pro quo recuperando vetus querela est Ecclesiæ nostræ Pontificibus. *Adelbertus* autem Archiepiscopus ad eum finem perduxit negotium, ut dato concambio quæstio removeretur: quod Cæsar & Dux *Flandriæ* collaudabant.

Pag. 22. n. 6.] *Turholt* monasterium in *Flandria* situatum alienatur ab Ecclesia Hammaburgensi.

Pag. 24. n. 7.] Concilium unionis factum est *Wormatiæ* præsente Cæsare cum Episcopis, sicut privilegium testatur.

Pag. 29. n. 8.] *Aquisgrani* palatium usque ad tempus *Ottonis* per annos LXXX. vastatum permansit, quod destruxerat *Ordvvig* princeps.

Pag. 34. n. 9.] *Gotafrid* & *Sigafried* Reges ibi sunt occisi.

Pag. 34. n. 10.] Ambo enim Rex & Papa miserabilem vitæ finem invenerunt, quia *Formosus* Papa à successore suo & mortuus degradatus est, & de sepulchro ejectus. Arnulfus vero rex vivens à vermibus consumptus, veneno tandem extinctus est, magna Dei vindicta.

Pag. 35. n. 11.] *Stephanus* Papa qui sedit annos VI. *Hermannum* Colonienſem Archiepiscopum, & *Adalgarium* Hammaburgensem Archiepiscopum, de Bremensi contendentes Ecclesia, *Wormaciam* ad Synodum venire præcepit, & Remensi Archiepiscopo *Fulconi* vice sua commissa, causam eorum examinari mandavit.

Pag. 48. n. 12.] *Sturmarios* affluit ab oriente *Bilena* fluvius, qui mergitur in *Albiam* flumen, sicut ille superior.

Pag. 48. n. 13.] *Travena* fluvius est, qui per Wagros currit in mare Barbarum, juxta quem fluvium mons unicus est. *Alvere* est civitas *Luitbeke*.

Num

N.49. 14.] *Zventina* fluvius currit à lacu in quo *Plone* civitas sita est. Inde per saltum vadit *Isarnho*, mergitur inque mare Scythicum, non longe ab oppido *Kyl*.

Pag.49.n.15.] Trans Oderam fluvium primi habitant *Pomerani*. Deinde *Polani*, qui à latere habent hinc *Pruzzos*, inde *Boëmos*, ab oriente *Ruzzos*.

Pag.n. 16.] *Chizzini* vel *Circipanicis* Panim fluvium habitant, *Tholosantes* vel *Retharii* trans Panim fluvium; hos quatuor populos à fortitudine *Wilzos* vel *Leuticos* appellant.

Pag.51.n 17.] *Marachi* sunt populi Slavorum, qui sunt ab oriente Boëmorum, habentque in circuitu hinc *Pomeranos* & *Poldanos*, inde *Vngros* & crudelissimam gentem *Postinagos*, qui humanis vescuntur carnibus.

Pag.52.n.18.] Anno Domini DCCCC. LXVII. *Dani* ad fidem sunt per *Popponem* quendam conversi, qui ferrum candens & ignitum in modum chirothecæ formatum, coram populo sine læsione portavit, quod videns Rex *Haroldus* abjecta Idololatria cum toto populo ad colendum verum Deum se convertit. *Poppo* autem in Episcopum est promotus.

P.53.n.19.] Anno Domini DCCC. LXXIIII *Wentezlaus* princeps Boemiæ à fratre suo *Bogezlao*, qui principatum sibi usurpavit, martyr izatur, pro quo Deus urbem *Pragam*, ubi requiescit, multis miraculis illustrat.

Pag.56.nu 20.] Dicunt aliqui quendam *Ottonem* vicedominum hujus *Libentii* Electum cessisse, licet idem avunculo gloriatus sit Pontifice *Adaldago*. *Otto* iste vir nobilissimus apud Magdeburg vicedominus fuit & Canonicus. In isto enim *Libentio* nihil reprehensibile vel inimicus poterat obiicere.

Pag.57.n. 21.] De hoc *Sigafrido* grande fertur miraculum, quia cum cœnobium *Ramsolam* invaderet prædãdo, maligno statim in vasus spiritu, non ante meruit liberari, quam sua Ecclesiæ restituit & de prædio suo fratribus opulentam villam in servitium donavit.

Pag 59.n.22.] *Hericus* rex Sveonum cum potentissimo rege Polanorũ *Bolizlao* fædus iniit. Bolizlaus filiam suam Herico dedit uxorem, cujus gratia societatis Dani à Slavis & Sveonibus juxta impugnati sunt. *Bolizlaus* rex Christianissimus cum *Ottone* tertio confœderatus, omnem vi Slavoniam subjecit & Ruziam & Pruzzos, à quibus passus est sanctus Adalbertus, cujus reliquias tunc Bolizlaus transtulit in Poloniam.

Num. 23.] Iste *Odinkar* à Rege *Knut* in Angliam ductus literis est eruditus. Deinde discendo pervagatus sapientis & Philosophi nomen accepit. Vnde & Deo charus nomen sortiri meruit.

Pag.62.n.24.] *Olaph* Thrucci filio interfecto *Craccaben* duo regna possedit. Qui mox destructo Idololatriæ ritu Christianitatem in Nordmannia per edictum suscipi jussit. Tunc etiam

Gotebal-

Gotebaldum quendam ab Anglia venientem Episcopum in *Sconi* posuit doctorem, qui aliquando in *Svedia* & in *Norvvegia* evangelizasse narratur.

Pag 62. n. 25.] *Mistivvoi* cum Christianitatem desereret, depulsus à patria, confugit ad Barbaros, ibique fidelis consenuit.

Num 26.) *Aldinburg* civitas magna Slavorum est, qui *Wagri* dicuntur, sita juxta mare, quod Balticum vel Barbaricum dicitur, itinere diei ab Hammaburg

Pag 63. n. 27.) Anno Domini M. X. gens Vngariæ ad fidē convertitur per *Gislam* sororem Imperatoris, quæ nupta regi Vngariæ ipsum Regem induxit, ut se & suos baptizari faceret, & in Baptismo *Stephanus* est appellatus, qui postea sanctus fieri meruit.

Pag 64. n. 28.) *Ramsola* sita est in Episcopatu Ferdensi non longe à vico Bardorum. Cujus ordinationem & jus gubernandi cum Ferdensis Episcopus reposceret; Apostolicæ sedis decreto cessit ab incepto. *Oddo* legatus fuit ad Papam, ut habet Privilegium.

Nu. 29.) Sermo est hunc per Simoniacam pestem intronizatum, eo quod magnam habuit hæreditatem Cujus partem ipse invitus Imperatori divisit, partem vero alteram Ecclesiæ suæ obtulit, quam pie gubernavit; tertiam parentibus dimisit. Senex venerabilis & amator pauperum, maxime eorum qui parvuli erant. Qua occasione fratres à Claustro licentius egressi, mulierum consortia primo abscondere petebant.

Pag. 65. n. 30.) *Vnvvanus* Archiepiscopus in plerisque Paschæ aliisve festivitatibus VII. Episcopos secum habuit. Et præterea Abbates, non minus Ducem, & aliquos hujus provinciæ Comites, magno singulos amore amplectens.

Pag 66. n. 31.) *Odinkar* filius *Toki* Ducis Winlandensis, sedem in *Ripa* habuit. Nam tertia pars terræ Winlandensis patrimonium ejus fuisse describitur, & tamen vir tantarum divitiarum mirę fuit continentiæ. Cujus unum virtutis exemplum erat, quod omni quadragesimali tempore, semper alternis diebus jussit se verberibus à quodam suo affligi presbyrero.

Pag. 67 n. 32.) *Knut* filius *Svein* Regis, abjecto nomine gentilitatis in Baptismo *Lambertus* nomen accepit. Vnde scriptum est in libro fraternitatis nostræ. *Lambrecht Rex Danorum & Imma Regina, & Knut filius eorum devote se commendaverunt orationibus fratrum Bremensium.*

P. 68. n. 33.) *Adelrad* potentissimus Anglorum Rex à legitima filium habuit *Eduardum*, virum sanctissimum. Cujus noverca *Affikud* (alii Affiluid) fuit, quæ regem privignum occidens, filium suum *Amindum* in regnum posuit.

Num 34.) *Knut*, sororem suam *Estred* filio Regis de Ruzzia dedit in matrimonium.

Num. 35.) *Richardus* enim dimissa sorore Regis *Knut*, propter metum Danorum exulans à patria, *Hierosolymam* profectus

ctus est, ibique defunctus. Cujus socii XL. revertentes in *Appulia* remansisse narrantur : & ex illo tempore Nordmanni possederunt *Appuliam.*

Pag. 71. n. 36.) *Olaph* sollertissimus festivitatum observator, cum propter Divinam religionem à Regno depulsus esset, & denuo bello regnum recuperasset, in ipso procinctu in papilione dormiens fertur somnium vidisse. Cumq; supervenirent hostes adhuc illo quiescente, Dux exercitus sui *Phin* nomine accedens regem excitavit. Tunc ille suspirans: *O quid feci sti?* inquit: *videbam me per scalam, cuius vertex sidera tangeret, ascendisse. Heu iam perveneram ad scalæ illius summum cælumque mihi apertum est ingredienti, nisi tu me suscitando revocasses.* Postquam visionem vidit Rex, circumventus à suis, cum non repugnaret, occiditur & martyrio coronatur.

Pag. 73. n. 37. Mulieres autem quæ se Canonicis aperto jam scelere conjunxerant, præcepit extra civitatem fieri. Et ita per villas proximas in custodiam sunt dispersæ: cessavitque hic morbus usque ad incensionem templi, & destructionem claustri.

Pag. 75. nu. 38.) Inclyta senatrix *Emma*, prædicante Libentio Archiepiscopo sanctæ Bremensi Ecclesiæ duas Cruces, & Tabulatã altaris, & calicem, omnia ex aura & gemmis parata in quibus erat marcæ xx. obtulit etiam vestes sacras & præparamenta multa, & stolas aureas, & dorsalia & libros.

Num. 39.] *Hermannus* ab incolis terræ paludem *Etinborch* comparavit. Quod *Conradus* Imperator præcepto suo Ecclesiæ firmavit. Cujus rei chirographũ in archivo creditum potest videri.

Num. 40.) Iste *Sindger* ex Papinburgensi Episcopatu assumtus est in sedem Apostolicam, rejectis ex ordine tribus schismaticis.

Pag. 76. n. 41] Iste Clericis Ecclesiæ suæ, quos videbat auxilio indigos, largiebat, aliquibus absconditè quaternos aut denos solidos argenti; multis præbendas; aliis suas vestes; plerisq; etiam compatiens, quod à laicis inhoneste tractarentur, percussores eorum fecit ante se & colaphis cædi, & taureis vapulari.

P. 77. n. 42.] Civitatem muro circumdari disposuit tribus portis & XII. turribus, ita ut primam Episcopus, alteram Advocatus, tertiam Præpositus, quartam Decanus, quintam Magister Scholarũ, sextam fratres & Canonici, alias sex cives adhibitis sortirentur custodiis.

P. 79. n. 43] Quo tempore *Hermannus* nobilissimus Colonienſis. Archiepiscopus veterem de Brema querimoniam renovavit Sed & ipse tam auctoritate *Bezelini*, quam triennali silentio repulsus Archiepiscopo nostro satisfecit, & per integrum mensem secum Coloniæ habuit in convivio.

P. 79. n. 44.) *Magnus* Rex classe magna stipatus Danorum, opulentissimam Slavorum obsedit civitatẽ *Iuminem.* Clades par fuit. *Magnus* omnes terruit Slavos, juvenis sanctus & vitæ innocentis.

centis. Ideoque victoriam dedit illi Deus inomnibus.

P. 81. n. 45.] Archiepiscopus præpositurã *Edoni* tulit, pro cujus rei zelo junior *Edo* nepos ejus iratus Monasterium incendit. Pro cujus sacrilegii compositione pater *Edonis* suam hæreditatem obtulit Ecclesiæ. *Edo* vero Præpositus Hierosolymam peregrinus abiit. Circa festum Sancti Jacobi egressus, rediitque in proximo Pascha.

P. 82. n. 46.] Ajunt enim quidam invidorum, Episcopum solum nævum superbiæ habuisse. Vnde inter ipsum & *Brun* Ferdensem Episcopum contentio erat indigna Episcopis. Et hoc maxime propter superbiam cujusdam *Wolfredi* Advocati, qui subita & miserabili morte obiit, sicut Archiepiscopus.

P. 82. n. 47.] Ipso anno quo Archiepiscopus decessit, migravit, etiam *Odinkar* Ripensis Episcopus. Qui diem Paschæ celebrans, ordinavit res suas certus extremorum.

P. 88. nu. 48.) Clemens Papa renovavit Ecclesiæ nostræ Hammaburgensi omnia privilegia, quæ dudum à Romana sede concessa sunt.

P. 90. nu. 49.] *Svein à Magno* victus, cessit fortunæ, & factus est *homo* victoris, faciens ei sacramentum fidelitatis. Sed cum denuo rebellare coepisset, consilio Danorum nihilominus à Magno superatus est. Itaque fugiens Svein ad *Iacobum* venit, apprime dolens pro fide pollicita, quam violavit.

P. 91. n. 50.] *Haroldus* à Græcia regressus filiam regis Ruzziæ *Gerzlef* uxorem accepit. Alteram tulit *Andreas* rex Vngrorum, de qua *Salomon* genitus est. Tertiam duxit *Heinricus* Rex Francorum, quæ peperit ei *Philippum*.

Num. 51.] Sicut enim prius diximus, *Knut* Rex Danorum sororem suam, quæ à *Richardo* Comite repudiata est, dedit *Wolf* Duci suo, ex qua nati sunt, *Svein*, *Tosti*, & *Haroldi*; & ista *Gude*, quam Rex *Edvard* in conjugio habuit. Deinde *Svein* filius *Gudevvini* occidit *Bern* filium avunculi sui. *Harold* autem, cum esset vir fortissimus, *Griphum* Iberniæ regem propulit ab Anglia Danorum, ipsumque cognatum & Dominum suum Regẽ *Edvardum* pro nihilo habuit. Sequitur vindicta Dei, & plaga Nordmannorum, & excidium Angliæ.

P. 92. n. 52.) Illo egresso, Bremense claustrum regula, disciplina fratrum, & concordia defecit, acephalis omnia turbantibus.

Num. 53.) Alia erat *Gunhild* relicta *Amundi*, alia *Gande*, quam *Thore* interfecit.

P. 93. n. 54.) *Adalvvardus* Episcopus à Rege *Haroldo* invitatus venit in Nordmanniam. Ibique corpus Cujusdam viri, qui ante XL. (alii LX.) annos defunctus est, nec omnino putrescere potuit, facta absolutione reconciliationis mox in pulverẽ redegit. Erat enim ille homo quondam à *Libentio* Archiepiscopo propter piraticam excommunicatus, ut ipsi per visionem revelatus est *Adalvvardo*.

P. 94. n. 55.] *Haroldus* Rex ab illo die di-

exit

rexit Episcopos suos in Galliam, multos etiam venientes ab Anglia suscepit. Quorum unus fuit *Asgoth*, quem redeuntem ab urbe Apostolorum comprehendi jussit Archiepiscopus, acceptoque fidelitatis sacramento dimisit abire donatum.

Nu. 56.] Fama est eo tempore duos Monachos à Boëmiæ saltibus in civitatem *Rethre* venisse, ubi dum verbum Dei publice prædicarent, concilio paganorum, sicut ipsi desideraverunt, diversis primo suppliciis exanimati, ad ultimum pro Christo decollati sunt. Quorum quidem nomina hominibus incognita, ut veraciter credimus, in cœlo scripta sunt.

P. 96. n. 57.] In ostio Peanis fluvii civitas maxima est, quæ *Dimine* vocatur, ibi est terminus Hammaburgensis parochiæ.

P. 97. n. 58.) Clarissimus Rex Danorum sola mulierum incontinentia laboravit, non tamen sponte, ut arbitror, sed vitio gentis. Nec tunc illi malo defuit ultio, quia ex concubinis ejus *Thore* nomine, legitimam ipsis Reginam *Gude* veneno extinxit. Cumque Rex *Svein* filium Thore, *Magnum* vocabulo, Romam transmitteret, ut ibi consecraretur in Regem, infelix puer in via defunctus est, post quem mater impia non suscepit alium filium.

P. 98. nu. 59.] Dicit enim scriptura Pharaoni: *Quia in hoc ipso excitavit te, ut ostendam virtutem meam in te, & glorificetur nomen meum in gentibus.* Ergo cui vult miseretur Deus, & quem vult indurat.

Pag. 98. n. 60.] Ibique locavit caput Sancti *Secundini* Thæbeorum ducis, cujus patrocinia Metropolitanus in Italia, largiente quondam Taurinensi Episcopo, suscepit.

Pag. 101. n. 61] Difficile est enim, ut laudabiliter viventem, laus humana non capiat. *Leo* Papa.

Pag. 102. nu. 62.] Audivimus, cum sæpe numero *Adalbertus* Archiepiscopus Clerum suum de continentia tenenda hortaretur: *Admoneo vos*, inquit, *& postulans jubeo, ut pestiferis mulierum vinculis absolvamini, aut si ad hoc non potestis cogi, quod perfectorum est, saltem cum verecundia vinculum matrimonij custodite, secundum illud quod dicitur*: Si non caste, tamen caute.

Pag. 105. nu. 63.) Inter quos advena *Paulus* ex judaismo conversus est ad Christianam fidem. Qui nescio an pro avaritia, an pro sapientia exulatus in Græciam, cum inde remearet nostro adhæsit pontifici, glorians se multarum artium callere ingenio, ad eo ut ex insciis litterarum philosophos redderet per triennium, & ex cupro formaret aurum obrizum. Facile persvasit ille Archiepiscopo, credere omnia quæ dixit, adiiciens se subito apud *Hammaburg* monetam publicam ex auro facturum, & pro denariis bizantos dari.

Pag. 107. nu. 64.] Ex omni victu & servitio Episcopali decima Capellano

legaliter quotidie reddebatur, ad sustentationem infirmatorum & egentium, peregrinorumque hospitum. Sed Capellanus ad suum fraudulenter usum multa reservans, nihil pauperibus impendit.

Pag. 116. num 65.) *Iohannes* iste peregrinationis amore Scotiam egressus venit in Saxoniam, & clementer à nostro susceptus Archiepiscopo, non multo post in Slavaniam ab eo directus est ad principem *Godescalcum*. Apud quem illis diebus commoratus, multa paganorum millia baptizasse narratur.

Pag. 118. num. 66.] *Haroldus* iste Nordmannorum rex ccc. naves magnas habuit, quæ omnes ibi remanserunt. Insuper massa auri quam *Haroldus* à Græcia duxit, ad *Bastardum* tali fortuna pervenit. Erat autem pondus auri quod vix bisseni juvenes cervice levarent.

Num. 67.) Duobus *Hericis* in prælio interfectis, *Haltzstein* filius *Steinkil* regis in regnum levatus est. Quo mox pulso accersitus est *Anunder* à Ruzzia, & illo nihilominus amoto, Sveones quendam elegerunt *Haquinum*.

Pag 119. num. 68.) Rex autem Nordmannorum, duxit filiam Regis Danorum, & facta est pax adinvicem.

Pag. 120. num. 69.) Multotiens etiam cum fletu asseruit, omnes prædecessores suos in persecutione Ducum & malitia parochianorum velut in igne recoctos & assatos, *unde non diffido*, inquit, *me quoque pro veritate ab eisdem esse martyrio coronandum.*

Pag. 126. num. 76.) Iste *Nothobaldus* vir maleficus, adulator & mendax apertissimus erat.

Pag. 128. num. 71.] *Adamatus* quidam medicus genere Salernitanus, fertur ante triduum Archiepiscopo mandasse, obitus sui diem proximum adesse. Quod ille dissimulans, *Nothebaldum* solum præ oculis habuit, quia spopondit ei mutationis suæ horam cito ad futuram.

Pag. 130. num. 72.] Nam & ipso anno, quo ex hac vita decessit, novissimo exitu, post quem non est reversus, Bremæ cum fratribus capitulum habuit, in quo *Lindgerum* Decanum, qui pro homicidio arguebatur, deposuit, & pro ipsa occasione sermonem de castitate faciens, terribiliter ad ultimum minatus est.

Pag. 136. num. 73.) *Adalvvardus* senior utique præfectus est *Gothiæ*, junior ad *Sictonam* & *Vbsolam* directus est, *Simon* ad Scritefingos, *Iohannes* ad Insulas, vigesimus erat *Eizo*, quem ipse ordinavit in Slavaniam.

Pag. 139. num. 74.) Saltus *Isarnho* à stagno incipit Danorum quod *Slia* dicitur, & pertingit usque ad civitatem Slavorum quæ dicitur *Liubicen* & flumen Travennam.

Pag. 140. num. 75.] De *Ripa* in Flandriam ad Cuic-fal velificari potest duobus diebus & totidem noctibus: de *Cuicfal* ad *Prol* in Angliam duobus diebus

diebus & una nocte. Illud est ultimum caput Angliæ versus austrum, & est processus illuc de Ripa angulosus inter austrum & occidentem. De *Prol* in Britanniam ad Sanctum Matthiam uno die, inde ad *Far* juxta Sanctum Jacobum Tribus noctibus. Inde *Leskebone* duobus diebus inter austrum & occidentem. De *Leskebone* ad *Narvese* tribus diebus & tribus noctibus, angulariter inter orientem & austrum. De *Nerveſe* ad *Arrugnen* quatuor diebus & quatuor noctibus angulariter inter aquilonem & Orientem. De *Arragun* ad *Barzalun* uno die similiter inter aquilonem & Orientem. De *Barſalun* ad *Marſiliam* uno die & una nocte, fere versus orientem declinando tamen parum ad plagam australem. De *Marſilia* ad *Mezein* in Sicilia quatuor diebus & quatuor noctibus angulariter inter Orientem & austrum. De *Mezein* ad *Accharon* XIIII. diebus & totidem noctibus inter Orientem & austrum, magis appropiando ad austrum.

Pag. 146. num. 76.) *Reune* Insula est Runorum, vicina *Iunine* civitati, qui soli Regem habent.

Pag. 147. num. 77.) De quarum laude gentium Horatius in Lyricis suis ita meminit: *Campestres itaque Scythæ melius vivunt & rigidi Gethæ, quarum plaustra vagas trahunt domus, nec cultura placet longior annua. Dos est magna parentum virtus; & peccare nefas, aut pretium est mori.* Vsque hodie Turci, qui prope Ruzzos sunt, ita vivunt & reliqui Scythiæ populi.

Num. 78.) Cum Rex Sveonum *Emund* filium suum *Emundum* in Scythiam ad dilatandum Regnum suum misisset, ille navigio in terram pervenit fœminarum. Quæ mox venenum fontibus immiscentes, ipsum regem & exercitum ejus tali modo peremerunt.

Pag. 148. num. 79.) Qui lingua eorum *Wilzi* dicuntur, crudelissimi *Ambrones*, quos poëta *Gelanos* vocat.

Num. 80.) A *Sconia* Danorum navigantibus ad *Bircam* quinque dierum, à *Birca* & *Ruzzia* similiter per mare habes iter quinque dierum.

Num. 81.) Vbi est portus Sancti Ansgarii, & tumulus sancti Vnni Archiepiscopi; familiare inquam hospitium sanctorum nostræ sedis confessorum.

Pag. 149. num. 82.) *Paulus* in gestis Langobardorum de fœcunditate gentium septentrionalium, & de septem viris qui in littore Oceani jacent in Scritefingorum provincia.

Num. 83. Dani, Sveones, & Nordmanni & reliqui Scythiæ populi à Romanis *Hyperborei* vocantur, quas Marcianus multis extollit laudibus.

Num. 84.) *Gothelba* fluvius à Nordmannis Gothiam separat, magnitudine non impar isti *Albiæ* Saxonum, unde ille nomen sortitur.

Num. 85.) Quo etiam morbo Slavi laborant, & Parthi, & Mauri, sicut *Lucanus* testis est, & de Mauris *Sallustius*.

Pag. 150. num. 86.] Omnia quæ inter Barbaros aguntur, sortiendo in privatis fiunt rebus, in publicis autem causis etiam Dæmonum solent responsa peti, sicut in gestis Sancti Ansgarii potest cognosci.

Num. 87.) Gothi à Romanis *Getæ* vocantur, de quibus Virgilius dicere videtur:

— *acerque Gelonus*
Cum fugit in Rodopen, atque in deserta Getarum,
Et lac concretum cum sanguine potat equino.

Hoc usque hodie *Gothi* & *Sembi* facere dicuntur, quos ex lacte jumentorum inebriari certum est.

Num. 88.) Quamvis ante hos Danorum vel Anglorum Episcopi in Svediam prædicarint. *Thurgut* vero specialiter in Gothiam ordinatus est, ad sedem Scaranensem.

P. 151. nu. 89.] *Adalvvardus* quoque à Rege *Haroldo* invitatus in Norwegiam venit, & pro sanctitate & fama virtutum ejus honorifice susceptus est. Cui abeunti Rex tantum pecuniæ obtulit, ut exinde statim ccc. captivos redimeret. *Adalvvardus* autem junior eo tempore veniens in Gothiam, cognominē suum reperit infirmum: cujus exequias cum luctu procurans, *Sictoniam* properavit. Sed postea cum repulsus esset à paganis, invitatus venit ad *Scaranen* civitatem, quod nostro Archiepiscopo valde displicuit; quare sicut violatorem Canonum Bremam eum vocavit.

Nu. 90.) *Halsingaland* est Scritēfingorum regio, sita in altissimis montibus, qui Riphei dicuntur; ubi nix perpetua durat. Homines ibi gelu recocti, qui domorum non curant tecta, carne ferarum pro cibo, & pellibus earum pro indumento fruuntur. In Hyperboreis montibus, præter alia quæ ibi sunt monstra, Gryphes etiā leguntur nasci.

P. 152. n. 91. Prope illud templum est arbor maxima late ramos extendens, æstate & hyeme semper viridis, cujus illa generis sit nemo scit. Ibi etiam est fons ubi sacrificia Paganorum solent exerceri, & homo vivus immergi. Qui dum immergitur, ratum erit votum populi.

Nu. 92.] Catena aurea templum circumdat pendens supra domus fastigia, lateque rutilans advenientibus, eo quod ipsum delubrum in planitie situm, montes in circuitu habeat positos ad instar theatri.

Nu. 93.) Nuper autem Christianissimus Rex Sveonum *Anunder*, cum sacrificium gentis statutū nollet dæmonibus offerre, depulsus à regno, ibat gaudens à conspectu concilii, quoniā dignus habebatur pro nomine Iesu Christi pati.

P. 153. n. 94.) Novem diebus commessationes & ejusmodi sacrificia celebrantur: una quaque die offerunt hominem unum cum cæteris animantibus, ita ut per novem dies LXXII. fiant, quæ offeruntur animalia.

P. 152. n. 95.) Adalwardo postea apud nos defuncto subrogavit Archiepiscopus quen-

quendam à Ramsola *Tadiconem*, qui propter ventris amorem domi famelicè esse maluit, quam foris Apostolus.

Pag. 153. nu. 96.] Ab istis Nordmannis qui trans Daniam habitant, venerunt isti Nordmanni, qui *Franciam* incolunt, & ab hiis nuper *Appulia* suscepit tertios Nordmannos

Pag. 154. n. 97.) De sepultura Paganorum quanquam non credant resurrectionem carnis; hoc tamen est memoriale, quod more antiquorum Romanorum busta & exequias eorum omni veneratione colunt. Cæterum pecuniam hominis tumulant cum eo, armaq; & cætera quæ ipse vivens habuit cariora. Quod etiam de judæis habetur scriptum. Qui hoc trahunt ex antiquo ritu gentilium, in quorum Mausoleis adhuc solent inveniri talia, cum aut in amphoris, aut in aliis vasculis secum thesauros infodere jussissent.

Num 98.] Eadem montana Romani auctores *Riphea* juga nuncupant, perpetuis horrida nivibus. *Scritefingi* vivere non possunt absque frigore nivium: qui feras etiam suo cursu per altissimas nives prævolant. *Paulus* ergo in Historia Langobardorum affirmat, in ultimis partibus septentrionis Scritefingos septem in quadam spelunca Oceani jacere quasi dormientes, de quibus est opinio diversa, & quod prædicaturi sint apud illas circa finem mundi gentes. Dicunt enim aliqui quasdam ex xi. millibus virginum, cum sociis suis illuc pervenisse; quarum cœtus & naves monte obrutæ sunt, ibique fieri miracula. Vbi & Ecclesiam construxit *Olaus*. *Olaph* itaque rex justissimus, primus Nordmannos ad Christianitatem pertraxit. *Magnus* filius ejus Danos subjugavit. *Haroldus* frater Olaph nequissimus, Orchadas suo adduxit imperio, regnumque suum usque ad Riphæos montes & *Island* dilatavit.

Pag. 155, nu. 99.) Licet ante illum ex nostris *Lisdag*, *Odinkar*, & *Poppo*, apud gentem illam prædicaverunt, possumus hoc dicere quod nostri laboraverint, & Angli in labores eorum introierunt. Hunc *Meinhardum* & *Albertum* alias ordinatos, cum ad se venirent, Archiepiscopus cum muneribus commendavit illis vicem suam tam per Nordmanniam, quam per Insulas Oceani.

P. 156. nu. 100.) De Oceano Britannico, qui Daniam tangit & Nordmanniam, magna recitantur à nautis miracula, quòd circa Orchadas mare concretum & ita spissum à sale, ut vix moveri possint naves, nisi tempestatis auxilio; unde etiam vulgariter idem Salum nostra lingua *Liberse* vocatur.

Num. 101.) Hic apparet quod scriptor hujus libelli fuit ex Germania superiori, unde vocabula pleraque sive nomina propria, cum ad suam aptare voluit linguam, nobis corrupit.

Pag. 157. nu. 102.) Egredientibus à promontorio Danorum *Alaburg*, narrant iter esse xxx. dierum usque in *Island*, minus

minus autem si ventum habeant secundum.

Num 103.) Juxta *Island* est Oceanus glaciatus & fervens & caliginosus.

Pag.156.num.104) Apud illos non est Rex, nisi tantum lex : & peccare nefas, aut pretium mori.

Pag. 158. num. 105.) Judicant *Halagiat* esse partem Nordmanniæ postremam, quod sit proxima Scritefingis; asperitate montium & frigoris inaccessibilis.

Variæ Lectiones in M. Adamum quæ margini ad scribi non potuerunt.

Pag.56. Cap.71. *Post illa verba*: cui Hammaburgensis cum Parochiæ crederetur.) *In editione Velleiana deinde hæc ponuntur*: Dicunt aliqui, vice Dominum Ottonem, licet avunculo gloriatus sit Pontifice Adaldago, cessisse tamen hujus electioni Libentium, in quo nihil reprehensibile vel inimicus possit objicere. Dicunt enim tantæ, &c.

Pag. 62. Cap. 82. *Sub finem, post verba*: eorumque deceptus errore periit) *in edit. Velleiana hæc adduntur*: Quo interfecto, Sven duo regna possedit. Ipse igitur mox destructo ritu idololatriæ, Christianitatem in Norwegia per edictum suscipi jussit. Tunc etiam Gothebaldum quendam ab Anglia venientem Episcopum in Scania posuit doctorem, qui aliquando in Svedia sæpe dicitur Evangelizasse: sæpe etiam in Norvagia.

Pag. 71. Cap. 96. *Ista verba* : Itaque ab Olaph, &c. *sic habentur in editione Velleiana* : Olaph auxilio habuit Regem Ruzlorum & Sveonum, cujus filiam habuit, & de populis, &c.

Pag. 88. Cap. 125. *Quæ sequuntur post illa verba*: Ecclesiæ vero comitatum Fresiæ concessit.) *al.* quem ante Godafridus habuit. Cæsar inde Lismonam veniens, mox, ut ajunt, per insidias, &c.

Pag. 94. Cap. 136. *sub finem, post* aucta incrementis, *in editione Velleiana adduntur*: Haraldus Rex ab illo die direxit Episcopos suos in Galliam, multos etiam venientes ab Anglia suscepit. Quorũ unus fuit Asgoth. Quem redeuntẽ ab urbe Apostolorum, comprehendi jussit Archiepiscopus; acceptoq; fidelitatis sacramento dimisit abire donatum.

Pag. 136. Cap. 206. Albricum in Wendilam) *Al.* insulam, Eilbertum in Fionem insulam & Falstriam, Willelmum, &c.

FINIS HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ M. ADAMI ET SCHOLIORVM VETVSTORVM IN EVNDEM.

VETE-

VETERUM ALIQVOT DIPLOMATVM AD M. ADAMUM ILLUSTRANDUM QUAM MAXIME FACIENTIUM, ET PARTIM HACTENVS INEDITORVM, SYLLOGE.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

VETERUM
ALIQUOT DIPLO-
MATUM AD MA-
NUM ILLUSTRANDUM
QUAM MAXIME FACIENTIUM,
ET PARTIM
HACTENUS INEDITO-
RUM,
SYLLOGE.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

I.

DIPLOMA IMP. CAROLI MAGNI DE FUNDATIONE EPISCOPATUS VERDENSIS.

IN NOMINE SANCTÆ ET INDIVIDVÆ TRINITATIS CAROLVS DIVINA MISERATIONE ORDINANTE REX.

CVm Domini nostri Iesu Christi virtute faventē, bellorum victoriam nuper potiti fuerimus, si graciarum in immensum actione in ipso & non in nobis gloriamur, & pacem in præsentiarum, & regni prosperitatem, in futuro autem pro meritis nos donari supernæ mercedis perpetuitate non diffidimus. Quapropter notum sit omnibus fidelibus in Christo, quod Saxones, qui hactenus Deo & nobis ob suæ pertinaciam perfidiæ, semper cervice indomabili, & rebelles, obsecundare detrectarunt, modo tandem aliquando virtute Christi propiciante, bellorum instancia vicimus, & ad baptismi graciam divina miseracione perduximus, aut gentes quæ Dominum gloriæ non noverant, & regna quæ nomen Domini non invocaverant, in lege Domini meditari die ac nocte adjudicavimus, & qui hucusque jugum Christi ferre minimè contendebant, domino nostro Iheſu Christo & sacerdotibus ejus, omnium jumentorum suorum, & fructuum terræ, & o-

Diplomā hoc inedſtum hactenus, quod Vir Nobiliſſ. D. Hermannus Conringius ex optimæ notæ membrana exſcribi olim curaverat, egoque jam ante aliunde poſſidebā: poteſt referri, tum ad pag. in Adamo 12, & cap. IX. tum ad c. XVII. ibid. & pag. 19. a Meum Ex. Ms. habet Et

& omnis agriculturæ decimas, & nutrituræ, simul in unum divites & pauperes; secundum canonicam assertionem, & legalem caucionem constricti, de cætero persolvant. Terram autem eorum secundum antiquum Romanorum morem in provinciam redigentes, & in Epischopatus certo termino distribuentes, quandam aquilonarem illius partem, domino nostro Iheſu Christo, & sanctissimæ ejus genitrici devotissime obtulimus, & in loco Fardium vocato, super Aleram fluvium, in pago qui dicitur Sturmi ecclesiam & cathedram Episcopalem statuimus, & b Mogunciensis ecclesiæ archiepiscopatui, interventu Lullonis illius metropolis ecclesiæ episcopi, eam subjecimus. Insuper & ad præfatæ structuram ecclesiæ in memorato pago CC. mansos, & quicquid ad ipsos mansos jure ac legitime pertinere videtur, cum domibus & ædificiis, mancipiis, campis, pratis, silvis, cultis & incultis, aquis aquarumve decursibus, viis & inviis, exitibus & regressibus, obtulimus, & totius hujus diocesis incolas, divites, ac pauperes, decimas suas eidem ecclesiæ, suoque dispensatori persolvere, nostræ regiæ Majestatis præcepto firmiter jubemus, & jubendo præcipimus, & legali sanctione confirmamus. Statuimus etiam ut quascunque possessiones, & quæcunque bona, eadem ecclesia in futurum, concessione pontificum, largicione regum vel principum, oblacione fidelium, liberorum & servorum, seu aliis modis Deo propicio poterit adipisci, firma sit, & illibata permaneat. Præterea libertates & immunitates eidem ecclesiæ concedimus. Decernimus quoque ut nulli c omnino hominum liceat præfatam aecclesiam temere pertur-

b Mogundinensis.

c deest omnino.

perturbare, possessiones ejus auferre, ablatas retinere, minuere & aliquibus vexacionibus fatigare, sed omnia ad integritatem conserventur. Vt autem hec confirmacionis sentencia, oblacionisque donacio, rata & inconvulsa, & omni ævo intransibilis permaneat, ex præcepto summi pontificis, & universalis papæ Adriani, *nec non* d *Mogunciensis archiepiscopi* Lullonis, *& omnium qui inibi aderant, sanctorum pontificum & catholicorum sacerdotum, &* Alcquini *insignis prædicatoris, racionis consilio, supra memoratam sanctæ Dei genitricis aeccleſiam, cum omnibus appendiciis, & donativis,* Suitberto *sanctæ conversacionis viro, & immortalis memoriæ, coram Deo & apud homines commisimus. Quem quidem in agro Dei laborantem, primum eidem aeccleſiae bonum militem Ihesu Christi præfecimus, ut populo adhuc rudi, verbi Dei semina, messem deinceps latura, secundum dispensatam sibi sapientiam, tamquam fidelis servus & prudens, in domo Dei administraret, & canonica ordinacione & competenti, & aeccleſiastica institucione, aeccleſiam sibi delegatam, tam novellam plantaret atque rigaret, donec oracionibus servorum suorum interpellatus omnipotens Deus incrementum daret. Veruntamen quia casus præteritorum præscios & cautos nos reddunt futurorum, ne quis sibi aliquam in eadem dioceſi, avertendo* e *regulam, ascribat usurpative potestatem, certo eam limite fecimus terminari. Terminos autem ejus firmos, inconvulsos, & per omne seculum* f *inconvertibiles, apostolica auctoritate, & nostræ regiæ majestatis præcepto circumscribi præcepimus; id est:* VVirraham *fluvium,* Faristinam,

d Moguntinensis.

e regubaremadscribat.

f incommutabiles.

g Bisinam. h Weymenam. i Caldenbach. k Ostam. l Vternam. m Asebroc. n Strubach

ristinam, g Bicinam *usque in* h VViemenam, à VViemena *in paludem, quæ dicitur* i Culdenbach, *deinde usque quoque perveniatur ad* k Hostã, *ab Osta* l Vtervam, Bivernam, Wissenbroc, m Asebroc, Chissenmor, Qvistinam, Motam *paludem, quæ dicitur* Sigesfridesmor, Mulenbach, *iterumq;* Ostam, Sneidbach, VVimaream, Hasulam, n Steinbach, Liam *fluvium, qui absorbetur ab* Albia *fluvio. dehinc trans* Albiam *ubi* Bilena *mergitur in* Albiam. *dehinc in ortum* Bilene, o *inde ubi* Travena *absorbetur à mari, deinde usq;* p *quoque perveniatur ubi* Pene *fluvius currit in mare* Barbarum. *Inde in ortum ejusdem fluminis. Hinc in* Eldam. *Dehinc in* Albiam. *inde in rivum* Alend. *Inde in rivum* Bese. *inde in* Rodouve *usque in paludem, quæ dicitur* Rokesford. *inde in* Horam *fluvium,* Callenvorde. *Inde in ortum Horæ. Hinc in ortum Hisnæ. Hinc in rivum Scarback. Inde in ortum* Geltbach, *& ipsum rivum in decensu in* Vrsenam, *& in ascensu* Vrsenæ *in* VVizenam, *hinc in ortum ejusdem fluminis. hinc in paludem quæ dicitur* Snederebroch. *hinc in* Lernam, *& per mediam paludem, quæ dicitur* Camperebroch. *& sic trans* Aleram *in* VVirraham. *Et ut hæc auctoritas hujus donacionis & circumscriptionis nostræ in Dei nomine firmiorem & pleniorem obtineat vigorem, & nostris, & futuris temporibus à fidelibus Christi verius credatur, & diligentius observetur, manu propria subscripsimus, & sigilli nostri impressione assignari jussimus.*

o tandem. p quo

Signum

Signum Domini q *sanctiſſimi.* *Caroli Regis*

q Karoli regis invictiſſimi.

LVILO Archiepiſcopus Moguncienſis recognovi.

HILDEBALDVS Archiepiſcopus Colonienſis & ſacri Palacij Capellanus, recognovi.

AMALHARIVS Treverenſis Archiepiſcopus recognovi.

Data III. Kalendas Iulij, Anno Dominicæ incarnacionis DCCLXXXVI. Indictione XII. ânno autem regni Domini Karoli XIIX. Actum Maguncia feliciter. AMEN.

II.

HLVDOVICI IMP. DIPLOMA DE FVNDATIONE ARCHIEPISCOPATVS HAMMABVRGENSIS.

Extat uti hic typis exſcriptum eſt, in Syntagmate Scriptorum Septentr. rerum Erpoldi Lindenbrogii, pag. 143. & 144. Ex Philippi vero Cæſaris Triapoſtolatu Septentr. Petrus Lambecius Auctar. lib. 1. rerum Hamburg. p. 354. inſeruit. Vnde Variantes lectiones hic deſumtæ ſunt:

In nomine Domini Dei & Salvatoris noſtri JESV CHRISTI, HLVDOVICVS divina [a favente &] propitiante clementia Imperator Auguſtus.

a Deeſt favente &.

Si ſpecialibus cujusque fidelium noſtrorum neceſſitatibus b *proſpectius ſubveniendum eſſe Imperialis auctoritas monſtrat, quanto magis ad debitam generalitatis providentiam æquum dignumque pertinet, ut Eccleſiæ Catho-*

b legitur prolpectis.

c additur suo

Catholicæ atque Apostolicæ, quam Christus c pretioso sanguine redemit, eamque nobis regendam tuendamque commisit, piam ac sollicitam in cunctis oportet gerere curam, & ut

d provectu e adhibeamus.

in ejus d prospectu vel exaltatione congruam e exhibeamus diligentiam novis ad ejus necessitatem vel utilitatem atque dignitatem pertinentibus rebus, nova imo necessaria & utilia provideamus constituta. Idcirco sanctæ Dei Ecclesiæ filijs præsentibus & futuris certum esse volumus, qualiter divina ordinante gratia nostris in diebus, f Aquilonaribus in partibus, in g gentibus videlicet Danorum, Suecorum, [h Norvveon, terræ Gronlandon, Hallingalandon, Islandon, Scredevindon, & omnium Septentrionalium & Orientalium Nationum] magnum cœlestis gratia prædicationis sive adquisitionis patefecit ostium. Ita ut multitudo hinc inde ad fidem Christi conversa, mysteria cœlestia, Ecclesiasticaque subsidia desiderabiliter èxpeteret. Vnde Domino Deo nostro laudes immensas persolventes extollimus, qui nostris temporibus & studiis sanctam ecclesiam, sponsam videlicet suam, in locis ignotis finit dilatari atque proficere. Quamobrem una cum sacerdotibus cæterisque Imperii nostri fidelibus, hanc Deo dignam cernentes causam valde necessariam, atque futuræ Ecclesiæ dignitati proficuam, dignum duximus, ut locum aptum nostris in finibus evidentius eligeremus, ubi sedem i Archiepiscopalem, per hoc nostræ auctoritatis præceptum statueremus, unde omnes illæ barbaræ nationes æternæ vitæ pabulum facilius uberiusque capere valerent, & sitientes salutis k gratiam præ manibus vel oculis haberent, l insuper

f Aquilonalibus.
g gente videlicet Danorum sive Sveonum.
h Desunt ibi hic parenthesi inclusa.
i Episcopalem.
k gratia.
l haberent incæsãter.

ſuper & magnorum progenitorum m *noſtrorum ſacra lucrandi ſtudia noſtris in diebus nunquam deficerent.* n *Progenitor etenim noſter glorioſæ memoriæ* KARVLVS *omnem* Saxoniam *Eccleſiaſticæ religioni ſubdidit, jugumque Chriſti aduſque terminos* Danorum *atque* Slavorum, *corda ferocia ferro perdomans docuit, ubi inter has utrasque gentes* o Danorum *ſive* VVinedorum *ultimam Saxoniæ partem ſitam & diverſis periculis, temporalibus videlicet & ſpiritualibus, interiacentem perſpiciens, Pontificalem ibidem ſedem fieri decrevit trans* Albiam. *Vnde poſtquam terram* p Transalbianorum *laxata captivitate, quam ob multam perfidiam in ipſis Chriſtianitatis initiis patratam per ſeptennium paſſi ſunt, ne locus ille à barbaris invaderetur* q Ekeberto *Comiti reſtituere præceperat, non jam Vicinis Epiſcopis* r *committere voluit. Sed ne quisquam eorum hanc ſibi deinceps parochiam vindicaret, ex remotis Galliæ partibus quendam Epiſcopum* Amalarium *nomine direxit, qui primitivam Eccleſiam ibidem conſecraret. Sed & eidem Eccleſiæ ſacras reliquias, ac plura Eccleſiaſtica munera, pia largitate ſpecialiter deſtinare curavit. Poſtmodum vero captivis optatam ad patriam undique confluentibus, eandem parochiam cuidam presbytero* s Heride *nomine ſpecialiter commendavit, quem univerſæ* t Transalbianorum *Eccleſiæ,* u *ne ad ritum* x *relaberetur gentilium, vel quia lucrandis adhuc gentibus locus ille videbatur aptiſſimus, diſpoſuerat conſecrari* y *Archiepiſcopum, ut* z *ipſi occaſione vel auctoritate ſumma in ipſis terminis gentium, ſedulitate prædicandi*

m Deeſt noſtrorum
n genitor
o Danorũ videlicet ſive Wandalorum.
p Nordalbingorum.
q Ecberto.
r *Additur* locum illũ.
s Heridac.
t Nordalbingorum.
u *additur* videlicet.
x relaberẽtur gentiũ.
y Epiſcopũ.
z Ipſa.

dicandi sancta multiplicaretur Ecclesia, dum vicinorum ipsius novitatis Episcoporum multa latitudinis cura non sufficiebat discurrere per omnia. Delegavit etiam eidem presbytero quandam cellam a Rodenach vocatam, quatenus eidem loco periculis circumdato fieret supplementum. Sed quia consecrationem jam dicti viri, velox ex hac luce transitus pii genitoris nostri b fieri prohibuit. Ego autem, quem divina clementia in sedem regni ejus asciverat, cum in multis Regni c negotiis insisterem, hoc quoque d prædictum patris mei studium, velut Regni in finibus e minus cautè adtenderem, f prædictam parochiam vicinis Episcopis interim commendavi. Nunc autem tam propter supra scripta Ecclesiastica lucra in gentibus demonstrata, quam & propter votum pii genitoris nostri, ne quid ejus imperfectum remaneat, statuimus una cum consensu Ecclesiastico præfata ultima in regione Saxonica trans Albiam, in loco nuncupato Hammaburg, cum universa g Transalbianorum Ecclesia, proprii vigoris constituere sedem Archiepiscopalem; cui & primum præesse, atque solenniter consecrari per manus Drogonis Metensis, & summæ sanctæ Palatinæ dignitatis præsulis, Ansgarium fecimus Archiepiscopum, adstantibus Archiepiscopis Ebbone Remensi, Hetti Trevirensi, & Otgaro h Moguntiensi, cum plurimis aliis generali in conventu totius Imperii nostri præsulibus congregatis: assistentibus quoque specialiter & consentientibus atque consecrantibus Helingando sive VVillerico Episcopis, à quibus jam dictæ parochiæ partes à nobis [i & à patre nostro] sibi olim

a Hrodnacc
b additur in diebus ejus.
c disponēdis negotiis.
d prædicti.
e inseritur peractum.
f additur: suadētibus quibusdā jam dictam cellam ad Indam monasterium contuli, vicinam vero parochiam &c, g legitur: Nordalbingorum provincia Ecclesiæ
h Moguntiacensi.
i Desunt ibi hæc verba.

olim commendatas recepimus. Cui videlicet Ansgario k tam nostræ, quam sanctæ Romanæ Ecclesiæ auctoritate, hanc Deo dignam in præfatis gentibus commisimus legationem, ac proprii vigoris scribere decrevimus dignitatem. l [Et quia casus præteritorum cautos nos facit in futurum, ne quisquam Episcoporum aliquam sibi trans Albiam, vel alicubi in prædicta parochia vindicet potestatem, certo limite circumscriptum esse volumus, videlicet ab Albia flumine deorsum usque ad mare Oceanum, & rursum per omnem Slavorum provinciam usque ad mare, quod Orientale vocant, & per omnes prædictas nationes Septentriones. Omnes quoque paludes, infra sive juxta Albiam positas, cultas & incultas, infra terminos ejusdem parochiæ ponimus; ut Transalbiani se & sua ab incursu paganorum, qui sæpe timendus est, securius in his locis occultare queant.] Et ut hæc nova constructio periculosis in his locis cœpta, subsistere m valeat, quandam cellam Turholt n vocatam tam huic novæ constructioni, quam Archiepiscopi successorumque suorum in gentibus legationi perenniter servituram ad nostram nostræque sobolis perpetuam mercedem divinæ offerimus Majestati. † Res p itaque præfatæ sedis, & q jam dicti monasterii sub plenissima defensione, & immunitatis tuitione volumus ut consistant, r ut liceat s venerabili Archiepiscopo prædicto, suisque successoribus, ac omni clero sub eorundem regimine constituto, quiete in

k additæ quia præfatis ingentibus hæc nostris in diebus dignissima in convocatione gentilium vel redemtione captivorū monstrata sunt lucra. l Desunt ibidē hic parenthesi inclusa, usque ad occultare queant. m valeret, nec prævalente barbarorum sævitia deperiret, quādā &c. n nuncupatam. o obtulimus † Vide infra, quæ hic in dicta editione inseruntur. p quoque. q præscripti.

r adduntur & hic nonnulla, quæ infra vide sub hoc signo. s prædicto venerab.

t degere. Dei servitio t gerère, & pro nobis, proleque nostra, atque
u imperii nostri. statu totius Imperii, u divinam misericordiam exorare. Et ut hæc autoritas sui vigoris perpetuam obtineat firmitatem, manu propria subter eam firmavimus, & x sigilli nostri impressione signare jussimus.

y Hic parenthesi inclusa desunt ibi [y Signum Hlodevvici piissimi Imperatoris. Hirminmarus Notarius ad vicem Theodonis recognovi.)

Data Idus Maii Anno XXI. Imperij Domini Hlodevici piissimi Augusti, Indictione XII. Actum Aquisgrani in
z & hæc ibi desunt. Palatio regio, in Dei nomine feliciter. AMEN. (z Anno Domini Iesu Christi, DCCCXXXIV.)

† Post *Maiestati* in Philippi Cæsaris editione additur : *Homines quoque, qui eiusdem Cellæ beneficia habere videntur, ab omni expeditione vel militia absolvimus, ut idem venerabilis Episcopus ad hanc Deo dignam peragendam in provisis temporibus legationem, nullum in hoc patiatur impedimentum. Dona vero quæ ex eadem Cella nostris partibus dare solebant, & nobis quoque successoribusque nostris similiter dari volumus. His exceptis maius minusve in convocatione paganorum, vel redemtione captivorum, sive eiusdem sedis supplemento multi modis periculis circumdato, vel ibidem Deo militantium solatio, ob amorem Dei ac B. Sixti Confessoris eius, perpetuo delegamus. Res quoque &c.*

* Post *consistant* lit. r. sequitur, *& tueantur, ita ut nullus judex publicus, aut alia quælibet potestate publica prædita persona, de eorum rebus freda, tributa, mansionaticos vel paratas, aut teloneum, vel fideiussores tollere, aut homines ipsorum tam litos, quam ingenuos super terram eorum manentes distringere; nec ullas publicas functiones, aut redibitiones, vel illicitas occasiones requirere vel exigere præsumat. Sed liceat &c.*

III.

DE CONFIRMATIONE ANSGARII Primi Archiepiscopi Hamburgensis per Papam Gregorium IV.

GREGORIVS *Episcopus servus servorum Dei, omnium fidelium dinoscentiæ certum esse volumus, qualiter beatæ memoriæ præcellentissimus Rex* KARVLVS, *tempore prædecessorum nostrorum divino afflatus spiritu, gentem Saxonum sacro cultui subdidit, jugumque Christi, quod suave ac leve est, ad usque terminos Danorum sive Slavorum corda ferocia perdomans docuit, ultimamque regni ipsius partem trans Albiam inter mortifera paganorum pericula constitutam, videlicet ne ad ritum relaberetur gentilium, vel etiam, quia lucrandis adhuc gentibus aptissima videbatur, proprio Episcopali vigore fundare decreverat. Sed quia mors effectum prohibuerat, succedente ejus præcellentissimo filio* HLUDEVVICO *Imperatore Aug. pium studium sacri genitoris sui efficaciter implevit. Quæ ratio nobis per venerabiles* Ratolfum *sive* Vernoldum *Episcopos, nec non* Geroldum *Comitem vel missum venerabilem relata est confirmanda. Nos igitur omnem ibi Deo dignam statutam providentiam cognoscentes, instructi etiam præsentia fratris filiique nostri* Anscharii, *primi Nordalbingorum Archiepiscopi per manus* Drogonis *Metensis Episcopi consecrati; sanctum studium magnorum Imperatorum, tam præsenti auctoritate, quam etiam pallij datione, more prædecessorum*

In Syntagmate Lindenbrogii pag. 145.

sorum nostrorum roborare decrevimus, quatenus tanta auctoritate fundatus prædictus filius noster, ejusque successores lucrandis plebibus insistentes adversus tentamenta Diaboli, validiores existant, ipsumque filium nostrum jam dictum Anscharium *& successores ejus legatos in omnibus circumquaque gentibus* Danorum, Sueonum, Nortvvehorum, Farriæ, Gronlandan, Halsingolandan, Islandan, Scridevindum, Slavorum, *nec non omnium Septentrionalium & Orientalium nationum quocunque modo nominatarum delegamus. Et posito capite & pectore super corpus & confessionem sancti* Petri *Apostoli, sibi suisque successoribus vicem nostram perpetuo retinendam, publicamque evangelizandi tribuimus auctoritatem, ipsamque sedem* Nordalbingorum, Hammaborch *dictam, in honore sancti Salvatoris, ejusque intemeratæ genetricis Mariæ consecratam, Archiepiscopalem esse decernimus. Consecrationem vero succedentium sacerdotum donec consecrantium numerus ex gentibus augeatur, sacræ palatinæ providentiæ interim committimus. Strenui vero prædicatoris persona, tantoque officio apta in successione semper eligatur, omnia vero à venerabili Principe ad hoc Deo dignum officium deputata nostra etiam auctoritate pia ejus vota firmamus, omnemque resistentem vel contradicentem, atque piis nostris hiis studiis quolibet modo insidiantem, anathematis mucrone percutimus, atque perpetua ultione reum diabolica sorte damnamus, ut culmen Apostolicum more prædecessorum nostrorum causam Dei pio affectu zelantes ab adversis hinc inde partibus*

bus tutius muniamus. Et quia te chariſſime fili Anſchari *Divina clementia nova in ſede primum diſpoſuit eſſe Archiepiſcopum, noſque pallium ad miſſarum ſolemnia celebranda tribuimus, quod tibi in diebus tuis, uti & Eccleſiæ tuæ perpetuo ſtatu manentibus privilegiis uti largimur. Sancta Trinitas vitam tuam conſervare dignetur incolumem, atque poſt ſeculi amaritudinem ad perpetuam perducat beatitudinem; Amen.*

IV.

LEONIS PAPÆ RESCRIPTUM AD ANSCHARIVM ARCHIEPISCOPVM.

LEO *Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, beatiſſimo* Anſchario *ſanctæ Hammaburgenſi Eccleſiæ Archiepiſcopo, æternæ vitæ beatitudinem.* Apud Lindebrog. pag. 146.

QVONIAM Apoſtolicæ dignitatis eſt, non ſolum Eccleſias fundare, ſed & ab aliis Eccleſiarum ſpiritualibus architectis fundatas ſublimare, dignum duximus, frater chariſſime, propetitionis tuæ voto aures debitæ benignitatis tua inclinare. Concedimus igitur ſicut à prædeceſſore noſtro beato Gregorio *conceſſum eſt, ſcilicet ut gentes* VVimodiorum, Nordalbingorum, Danorum, Norvvenorum, Suevorum *vel quaſcunque ſeptentrionalium nationum jugo fidei prædicatione tua ſubdideris, ad ſedem Hammaburgenſem ſpirituali dominatione poſſideas & omnibus ſucceſſoribus tuis eandem ſedem perpetuo poſſidendas rrlinquas. Decernimus quo-*

quoque tibi & omnibus successoribus tuis ad sedem Hammaburgensem, usum pallii in festis & temporibus, à prædecessore nostro tibi denominatis, scilicet in Paschate, in Pentecoste, in Natale Domini, in Assumptione, in nativitate, in purificatione sanctæ Mariæ, in Natalitiis Apostolorum, & dominicis diebus, & omnibus festis, in diœcesi tua celebribus. Ornari quoque caput tuum mytra, portari ante te crucem. Age ergo frater beatissime opus bonum quod incæpisti, nec desistas donec perficias. Funda in locis oportunis Ecclesias, consecra presbyteros, & disterminatos terminos ordina Episcopos, quorum omnium tu Archiepiscopus existas: omnesque supradictarum nationum amplius profuturi Episcopi, cum subjectis sibi plebibus tibi & omnibus successoribus tuis ad sedem Hammaburgensem perpetua subjectione & obedientia subjecti permaneant. Præterea tibi & sanctæ Hammaburgensi Ecclesiæ, & omnibus successoribus tuis auctoritate Apostolica firmamus, quæcunque Ecclesiæ tuæ à Christicolis tradita sunt, vel amplius delegata fuerint in parochiis, in prædiis, in omnibus rebus mobilibus vel inmobilibus, in mancipiis utriusque sexus; ut ea Ecclesia prædicta inviolabili potestate perpetuo possideat. Siquis autem contra hujus nostræ auctoritatis privilegium ire tentaverit, & quoquomodo in parte vel in toto frangere nisus fuerit, etiamsi sit Apostolicæ dignitatis persona, æterna excommunicatione cum Juda traditore Domini pereat, nisi resipiscat, & Ecclesiæ Hammaburgensi satisfaciat. Data per manum Stephani Cancellarii sanctæ Romanæ Ecclesiæ mense Martio, Indictione XII.

NICO-

V.

NICOLAI PAPÆ DE CONFIRMATIONE RAMESLOÆ DIPLOMA.

NICOLAVS *Episcopus servus servorum Dei, omnibus fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ, præsentis scilicet temporis & futuri. Quisquis Dominum & Redemptorem nostrum Iesum Christum de sinu patris ad terram pro demonstranda cordibus hominum vera & certa fide descendisse non dubitat, profecto non ignorat, omnes qui ejusdem fidei per gratiam ipsius participes facti sunt, & præcipue nos, qui per primum tantæ virtutis ministrum locum præcipuum retinemus, hominibus debere lucrandis insistere, & per universas gentes verbi semina serere, & solatia serentibus ministrare. Nunc autem quia* Hludevvicus *sublimissimus Rex per* Salomonem *venerabilem Episcopum civitatis* Constantiæ *nostro studuit Apostolatui intimare, quod piæ memoriæ* Hludovvicus *Imp. genitor suus quendam monachum nomine* Anscharium *de monasterio* Corbeia *tulisset, & collocasset eum juxta* Albiam *fluvium in confinibus* Slavorum & Danorum, *atque* Saxonum, *in castello* Hammaburg, *annuente ac solennia sedis Apostolicæ privilegia præbente, prædecessore nostro beatæ memoriæ Papa* Gregorio, *cujus etiam auctoritate in supradicto* Nordalbingorum *populo sedes constituta est Archiepiscopalis, in castello superius memorato* Hammaburg; *& in eadem quoque sede accepto à sede Apostolica pallio, Archiepiscopus primus est ordinatus* Anschari-

Apud Lindenbrog. pag. 148. Vide Adamum lib. 1. cap. 23. pag. 22.

us: *Cui à præfato Pontifice delegata est cura seminandi verbum Dei, & animas lucrandi Deo. Cujus delegationis, & auctoritatis, & pallii acceptionis pagina nobis est à præfato filio nostro* Hludovvico *rege per jam dictum* Salomonem *Episcopum destinata, juxta morem sanctæ Romanæ Ecclesiæ bullata. Per cujus tenorem paginæ hæc ita fuisse comperimus, sicut pietas nobis jam fati regis per fidelem virum,* Salomonem *scilicet Episcopum intimavit. Verum quia* KARVLVS *Rex frater sæpedicti regis* Hludovvici *abstulit à prænominato loco, qui dicitur* Hammaburg *monasterium, quod appellatur* Turholt, *utpote quod post partitionem inter fratres suos in regno suo coniacere videbatur, situm in* Occidentali Francia; *quod illic genitor suus ad supplementum & victum Episcopo & Clericis ejus dederat, cæpere, sicut fertur, omnes ministri altaris recedere. Deficientibus quippe necessariis sumptibus ab ipsis recesserunt gentibus, & eadem ad gentes legatio per hujusmodi factum defecit. Ipsa quoque metropolis* Hammaburg, *Dei permittente occulto judicio, per barbarorum sævitatem prorsus devastata est. Contigit namque ex improviso piratas advenientes civitatem navigio circumdedisse, filius vero noster Archiepiscopus* Anscharius *ibi positus, cum his qui aderant in urbe ipsa, vel in suburbio manentibus primo quidem audito adventu eorum locum ipsum continere voluit, donec majus eis veniret auxilium, sed impellentibus paganis & civitate jam obsessa cum eis resisti non posse conspexit, quomodo pignora sanctarum reliquiarum asportarentur, præparavit, sicque ipse clericis suis*

huc

huc illucque fuga dispersis etiam sine cappa sua vix evasit. Denique hostes arrepta civitate ac succensis omnibus & direptis egressi. Hiis ita peractis, cum filius noster jam dictus Anscharius multis esset pressuris & calamitatibus oppressus, & fratres congregationis ejus una cum sanctis pignoribus per varia loca circumeundo huc illucque vagarentur, & nusquam sedem haberent quietam, matrona quædam nomine Ikia, divino amore tacta ex sua hæreditate possessiunculam ei tradidit in sylva Ramesloa nominata, in pago Berdangoa, in Episcopatu VValdgarij Verdensis Ecclesiæ Episcopi, ubi & cellam construxit, & reliquias sanctorum una cum fratribus qui supererant collocavit. Quamobrem Clementissimus Rex jam sæpe dictus Hlodovvicus quærere cœpit quomodo ei solatium subsistendi faceret, quo legationis suæ mandatum perficere posset. Et quia in eadem provincia cellam nullam huic legationi habebat congruam, suggerere studuit prædicto VValdgario Verdensis Ecclesiæ Episcopo, ut ejus permissione ei liceret in supra dicto loco Ramesloa monasterium ex suis impensis construere, ubi fratres qui tanta clade superfuerant, sustentarentur, & ipse locum suspirandi, & si qua unquam facultas suppeteret, propter vicinitatem ejusdem loci Hammaburgensem Ecclesiam restaurandi, haberet, sub suo successorumque ejus regimine & potestate mansurum. Cui quidem rei ipse admodum contrarius extitit. Qua de causa postmodum in VVormatia civitate positus, regibus Hludovvico & Hlotario præsentibus, Archiepiscopis Ebone Remensi, Hetti Trevirensi, & Otgario

Mogontiacenſi, cum plurimis aliis generali interventu utriuſque regni præſulibus congregatis, hæc eadem res poſita eſt. Quod cum ab omnibus bene ita ordinatum probaretur, ut prædictus Pontifex VValgarius *hoc ipſum ſua auctoritate concederet & firmaret, cuncti rogaverunt. Qui primo quidem fortiter hiis reniti cœpit, juſtum non eſſe multipliciter aſſerens, ut honorem ſuæ ſedis in aliquo minueret, poſtremo tamen & ipſis regibus & cunctis Epiſcopis ibi aggregatis pro hoc ipſo eum rogantibus, & omnino cauſa neceſſitatis id licitum fore dicentibus, reſpondit, ſi Apoſtolica auctoritate firmaretur, ex ſe quoque ratum eſſe. Vnde per ſæpe nominatum venerabilem miſſum,* Salomonem *videlicet* Conſtantiæ *civitatis Epiſcopum hoc relatum eſt confirmandum, ac poſtulatum eſt noſtra auctoritate roborandum. Nos igitur id ſubtili perpendentes examine, animadvertimus propter inſtantem neceſſitatem, & animarum lucra in gentibus demonſtrata, utile fore. Omnia enim quæ proficua Eccleſiæ probantur exiſtere, & divinis non reſultant præceptionibus, licita & faciendaeſſe non dubitamus: maxime in tam novellæ Chriſtianitatis plantatione, in qua varii ſolent eventus contingere. Quamobrem omnipotentis Dei & beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, & hoc noſtro decernimus decreto, ſecundum reverendiſſimi Regis* Hludovvici *votum, & prænominati Epiſcopi* VValdgarii, *aliorumq; Epiſcoporum conſenſum, ut prædictum monaſterium* Ramesloa *nominatum, ſub poteſtate & regimine* Anſcharii *Hammaburgenſis Eccleſiæ Archiepiſcopi, ejusq; ſucceſſorum perpetualiter conſiſtat.*

Nul-

Nullus ergo Ferdensis, *vel quilibet Episcopus ullam sibi deinceps in eodem monasterio vindicet potestatem. Quin imo & ipsi & omnibus suademus, & veræ religionis cultoribus, ut sacra hac legatione fungentibus adjutorio & solatio sint, quatinus pro gratia hujus beneficij plenam mercedem recipere mereantur, ab eo qui dixit,* Ite, docete omnes gentes. *Et:* Quicunque receperit vos, me recipit. *Itaque omnia â dilecto filio nostro rege* Hludovvico *ad hoc Deo dignum officium deputata, nostra etiam pia ejus vota auctoritate firmamus. Et quia casus præteritorum nos cautos faciunt in futurum, omnem quoque adversantem vel contradicentem, atque piis hiis nostris studiis quolibet modo insidiantem anathematis mucrone percutimus, atq; perpetuæ ultionis reum diabolica sorte damnamus, ut culmen Apostolicum more prædecessorum nostrorum, causamque Dei pio affectu Zelantes, ab adversis hinc inde partibus tutius muniamus. Observator vero & custos hujus nostræ salutiferæ præceptionis benedictionis gratiam â beato* Petro *Apostolorum Principe, & cœlestis retributionis æternæ gaudia â justo judice Domino Deo nostro consequi mereatur. Scriptum per manum* Leonis *notarij, regionarij, & scriniarij sanctæ Romanæ Ecclesiæ in mense Majo, Indictione* 12. *Datum Kalend. Iuniis per manus* Tiberii *primicerij, sanctæ sedis Apostolicæ. Imperante Domino pyssimo Papa. Anno pontificatus ejus.* 5. *Indictione* 12.

VI.

NICOLAI I. DIPLOMA DE CONJUNCTIONE ECCLESIARVM HAMBVRGENSIS ET BREMENSIS.

Ex Appendice Tria postulatus Septentr. Philippi Cæsaris, retulit in Austarium suum lib. 1. Orig. Hamburg. P. Lambec. p. 379. edidit etiam Albertus Crantzius in Metrop. l. 1. c. 38. & 39. Vide Adamum c. 27. lib. 1. a Crantz. legit futuri, Salutem & Apostolicam benedictionem. b tenemus c Salemonem d Saxonumque e Bremon & Verden f causa præfati

NICOLAVS *Episcopus, servus servorum Dei, omnibus fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ, præsentis temporis* scilicet & a *futuris. Quisquis Dominum & Redemtorem nostrum Iesum Christum de sinu Patris ad terram pro demonstranda cordibus hominum vera & certa fide descendisse non dubitat, profecto non ignorat, omnes, qui ejusdem fidei per gratiam ipsius participes facti sunt, & præcipue Nos, qui per primum tantæ virtutis ministrum locum præcipuum* b *retinemus, hominibus debere lucrandis insistere, & per universas Gentes verbi semina serere, & solatia serentibus ministrare. Nunc autem quia* Ludovicus *sublimissimus Rex per* c Salomonem *venerabilem Episcopum civitatis Constantiæ nostro studuit Apostolatui intimare; quod piæ memoriæ* Ludovvicus *Imperator genitor suus quendam monachum, nomine* Anscharium, *de monasterio* Corbeja *tulisset, & collocasset eum juxta* Albiam *fluvium in confinibus* Danorum & Slavorum, d *sive* Saxonum, *in castello* Hammaburg, *inter duos Episcopatus,* e Bremen & Verde, *de quibus tollens Ecclesias & decimas ad sustentationem provehendi* f *jam fati Episcopi, Clericorumq; ejus, condonasset in prædicto loco: annuente & solemnia sedis Apostolicæ privilegia præbente prædecessore nostro Beatæ memoriæ Papa* Gregorio; *cujus etiam auctoritate in supra-*

dicto

dicto Nordalbingorum *populo sedes constituta est Archi-Episcopalis, in castello superius memorato* Hammaburg; *& in eadem quoque Sede Archi-Episcopus, accepto â Sede Apostolica Pallio primus est ordinatus* Ansgarius, *cui à præfato Pontifice delegata est cura seminandi Verbum Dei, & animas lucrandi Deo, cujus legationis & auctoritatis & Pallij acceptionis pagina nobis est â præfato Filio nostro Ludovico Rege per jam dictum* Salomonem *sanctissimum Episcopum destinata, juxta morem sanctæ Romanæ Ecclesiæ ebullata; per cujus tenorem paginæ hæc ita fuisse comperimus, sicut pietas nobis jam præfati Regis per fidelem virum* Solomonem *scilicet Episcopum intimavit. Vnde nos vestigia tanti Pontificis & prædecessoris nostri* g *sequentes* Gregorii, *omnemque* h *ibidem Deo dignam statutam providentiam agnoscentes, magnorum principum votum* i Ludovici *videlicet divæ recordationis Augusti, & æquivoci ejus filij excellentissimi Regis, tam hujus Apostolicæ auctoritatis præcepto, quam etiam Pallij datione, more prædecessorum* k *roborare decrevimus. Quatinus tanta fundatus auctoritate prænominatus* Ansgarius, *primus Nordalbingorum Archi-Episcopus, & post ipsum successores ejus, lucrandis plebibus insistentes, adversus tentamenta diaboli validiores existant: Ipsumque filium nostrum jam dictum Ansgarium* l *Legatum in omnibus circumquaque Gentibus* m *Sueonum sive Danorum, nec non etiam Slavorum, vel in cæteris, ubicunque illis in partibus constitutis divina pietas ostium aperuerit, publicam Evangelizandi tribuimus auctoritatem, ipsamque sedem*

g Gregorii sequentes
h ibi
i Ludvici
k nostrorum
l deest legatum
m Sueorum

n ejusque sedem Nordalbingorum, Hammaburg dictam, in honorem sancti Salvatoris n sanctæque eius intemeratæ genetricis semper Virginis Mariæ consecratam, Archiepiscopalem deinceps esse decernimus: Atque ut strenui prædicatoris Episcopi, post discessum o crebro dicti Ansgarii Archi-Episcopi, persona tantoq; officio apta eligatur semper successio, sub divini iudicy obtestatione statuimus. Verum quia Karolus p [Rex, frater sæpe dicti Regis Ludovvici,] post q discessum Imperatoris patris sui, piæ memoriæ, Ludovici, abstulit â præfato loco qui dicitur Hammaburg, Monasterium quod appellatur Turholt, utpote quod post partitionem, inter fratres suos in regno suo conjacere videbatur, situm in occidentali Francia, quod illis genitor suus ad supplementum & victum Episcopo & Clericis eius dederat: cæpere, sicut fertur, omnes ministri Altaris recedere. Deficientibus quippe r necessariis sumtibus, ab ipsis recesserunt Gentibus, & eadem ad Gentes Legatio per huiusmodi factum defecit: ipsaque Metropolis Hammaburg pene deserta facta est. Igitur dum hæc agerentur, mortuus est s Bremensis Episcopus, quæ huic contigua esse dicitur: cumque sæpe dictus Rex, & hanc Diocesin vacantem & illam novellam institutionem t deficientem, insuper & utramq; hanc Ecclesiam, Dei permittente occulto iudicio, per barbarorum sævitiam admodum attenuatam, quærere cœpit, qualiter prædicta Bremensis Ecclesia [u prædictæ quoque novellæ Archi-Episcopali] uniretur, ac subderetur Sedi, nostro hoc votum roborante decreto: Vnde per sæpe nominatum Missum, Salomonem videlicet

n ejusque
o decessum
p sæpe dicti regis rex
q frater decessum
r ipsa quoque
s diœceseos Bremensis
t inseritur hic cernere.
u novellæ dictæ Archiepiscopali.

videlicet Constantiæ civitatis Episcopum, nobis hoc confirmandum ac postulatum est nostra auctoritate roborandum. Nos igitur id subtili perpendentes examine x animo advertimus propter instantem necessitatem & animarum lucra in Gentibus demonstrata utile fore. Omnia enim, quæ proficua Ecclesiæ probantur existere, & divinis non resultant præceptionibus, licita & facienda esse non y dubitamus; maxime in tam novellæ Christianitatis plantatione, in qua varij solent eventus contingere. Quamobrem z omnipotentis Dei, & Beatorum Apostolorum Petri ac Pauli, & hoc nostro decreto a decernimus secundum Reverendissimi b Ludovici votum, ipsas prædictas Diœceses Hammaburgensem & Bremensem scilicet, non deinceps duas, sed unam esse & vocari, subdiq; sedi quæ prædecessoris nostri decreto Archiepiscopali est munere sublimata, restituta duntaxat de Bremensis Ecclesiæ rebus Episcopatui Verdensi parte inde ante ablata. Nullus vero Archiepiscopus Coloniensis c ullam sibi deinceps in eadem Dœcesi vindicet potestatem: Quinimo & d ipsis & omnibus omnino suademus veræ religionis cultoribus, ut sacra hac Legatione fungentibus adjutorio & solatio sint; quatenus gratia hujus beneficij plenam mercedem recipere mereantur ab eo, qui dixit: Ite, docete omnes Gentes, & quicunq; receperit vos, me recipit. Itaque omnia â dilecto Filio nostro Rege Ludovico ad hoc Deo dignum officium deputata, nostra etiam pia ejus vota auctoritate firmamus. Et quia casus præteritorum nos cautos faciunt in futurum, omnem quoque adversantem vel contradicentem

x animadvertimus.
y dubitavimus
z autoritate omnip.
a decrevimus
b regis Ludov.
c illam
d ipsi

e deest piis,

atque e piis nostris his studiis quolibet modo insidiantem, Anathematis mucrone percutimus, atque perpetuæ ultionis reum diabolica sorte damnamus: ut culmen Apostolicum more

f pio

prædecessorum nostrorum, causamque Dei f pro affectu Zelantes ab adversis hinc inde partibus tutius muniamus. Et quia te, charissime Fili Ansgari, divina clementia nova in sede primum disposuit esse Archi-Episcopum, nosque Pallium tibi ad Missarum solemnia celebranda tribuimus, quod tibi in diebus tuis, uti & Ecclesiæ tuæ perpetuo statu manen-

g Idcirco

tibus privilegiis, uti largimur. g Quocirca hujus indumenti honor morum â te vivacitate servandus est. Si ergo pastores ovium sole geluque pro gregis sui custodia, ne qua ex eis aut errando pereat, aut ferinis lanianda morsibus rapiatur, oculis semper vigilantibus circumspectant; quanto sudore

h debemus i Ap. Crantz. hic nova incipit periodus.

quantaque cura h debeamus esse pervigiles nos, qui Pastores animarum dicimur, i attendamus, & ne susceptum officium in terrenis negotiis aliquatenus implicare k debeamus, admonemus. l Vita itaque tua Filiis tuis sit via: in ipsa si qua

Lambecius legendum suspicatur: Attendas & ne &c. debeas admonemus. k debeas, l vitaque m fortitudo sed perperam

m tortitudo illis inest, dirigant: in ea, quod imitentur, aspiciant, in ipsa se semper considerando, proficiant, ut tuum post Deum videatur esse bonum, quod vixerint. Cor ergo tuum neque prospera, quæ temporaliter blandiuntur, extollant, neq; adversa dejiciant: districtum mali cognoscant, pium benevoli sentiant, insontem apud te culpabilem malitia aliena non faciat, reum gratia non excuset, viduis ac pupillis injustè oppressis defensio tua subveniat. Ecce, Frater Charissime, inter multa alia ista sunt Sacerdotij, ista sunt Pallij,

quæ

quæ si studiose servaveris, quod foris accepisse ostenderis, intus habebis. Veruntamen ista omnia superius annexa ab Apostolica sede Beatitudini tuæ indulta agnosce, si â fide & decretis Sanctæ Catholicæ & Apostolicæ Romanæ Ecclesiæ in nullo penitus n *declines: Quod si â fide* o *& institutis aut sanctionibus te tanto sublimantis honore sedis Apostolicæ declinare studiose præsumseris, his nostris tibi collatis careas beneficiis. Porro te Pallio uti, non nisi more sedis concedimus Apostolicæ, scilicet, ut successores tui per semetipsos vel per legatos suos* p *& scriptum, fidem nobiscum tenere, ac sanctas sex Synodos recipere, atq; decreta omnium Romanæ sedis Præsulum, & Epistolas, quæ sibi delatæ fuerint, venerabiliter observare atq; perficere omnibus diebus suis scripto se & juramento profiteantur. Scriptum per manum* Zachariæ *Notarij* q *[Regionarij & Scriniarii Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, in Mense Majo, Indictione duodecima. Bene Valete. Data pridie Calend. Iunii, per manum* Tiberii *Primicerii Sanctæ Sedis Apostolicæ, imperante Domino piissimo Augusto* r *Ludovico, â Deo coronato magno Imperatore, anno quinto decimo, Indictione duodecima.*

n deviaveris
o vel
p scriptum fidem
q desunt ap. Crantz.
r Ludvico

VII.

FORMOSI PAPÆ RESCRIPTVM AD ADALGARIVM ARCHIEPISCOPVM SVPER BREMENSI ECCLESIA COLONIÆ SVFFRAGANEA.

formos. scripsit pp. 891. 6 897.

Extat apud Crantzium Metropol. lib. 2. cap. 10. Atque ex Philippo Cæsare Auctario suo lib. 1. Orig. Hamburg. inseruit Petrus Lambecius. p. 412. Vide Adamum lib. 1. c. 42. a Ap. Crantzium hic inseritur.

Ermosus, Servus Servorum Dei, Reverendissimo & sanctissimo Adalgario *Archi-Episcopo Hammaburgensi. Arbitrabamur tuam sanctimoniam, prout iniunctum fuerat, ad Apostolicam* a *sedem festinare, quatenus disceptatio, quæ inter te &* Hermannnm *Agrippinæ Coloniæ Reverendissimum Archi-Episcopum ventilatur de Bremensi Ecclesia, finem perciperet.* b *Sed ipso per suos vicarios insistente, &* c *querimoniam multiplicante, cur tuam non exhibueris præsentiam, saltim per defensorem vicarium, non modicum miramur. In quo suspicare tribuitur summopere, contentionem non odire, qui iudicii æquitatem conatur subterfugere. Præsertim cum & Moguntiæ sanctissimus Archi Episcopus, cui de hac de re, ut veritatem inquireret, per confratres & conlimitaneos Episcopos, injunctum fuerat, ad nos scribens significaverit: quatenus venientibus Reverendissimis Episcopis ad* d Frankenford, *de hac eadem re* e *diligentissima facta fuerit inquisitio, omnesque Diœcesani ejusdem Colonienſis Episcopi,* f [Francho *videlicet tunc Gressus*] g Vodelbalbus *Trajectensis,* Wofelmus h *Mimiger Malfurdensis,* i Druogo *Mimidomensis,* Egilmarus *Osnabrugensis, sub testificationis prætextu testificati sunt, usq; ad te nullum Bremensis Ecclesiæ Præsulem modum subjectionis Colonienſi Antistiti contemsisse, sed semper* k *decessores suos, qui eidem Bremensi Ecclesiæ præfuerunt â temporibus suæ Christianitatis, Sedi Colonienſi fuisse subjectos. Verum quia tantorum Virorum testimonium frustrari non expedit, & ad statutum veniendi tem-*

tc

b Sed quia eo per vicarios.

c querimonias

d Frankenvord.

e diligentissime

f Franco videlicet Tungrensis.

g Vodebaldus

h Mimigardevordensis.

i Drugo Mindensis

k prædecessores tuos.

tempus festinare, vel delegare vicarium distuliſti, tanti temporis querimoniam, ac Legatorum conſtantem inſtantiam nihili pendere inhumanum videbatur: qua propter artati, hinc ne Colonienſis Eccleſia juſtitiam perderet, inde ne Hamburgenſis Eccleſia, quæ ad gentium vocationem inſtituta fuerat, ſubſidio deſtituta deficeret; diſpenſative cenſuimus, quatenus quoad uſq; divina ſuffragante gratia, prælibata Hammaburgenſis Eccleſia in tantum dilatetur, ut l *Epiſcopiam inſtituere valeat, jam memoratam Bremenſem Eccleſiam ad ſubſidium habeat, & quoties in magnis ac præneceſſariis canonicis negociis oportuerit, non ſubjectione aliqua, ſed affectu fraternæ caritatis Hammaburgenſis Archi-Epiſcopus, qui ejusdem Bremenſis Eccleſiæ regimen obtinet, per ſe aut Vicarium ſuam vicem gerentem, in adjutorium* m *Colonenſis Archi-Epiſcopi invitatus accedat: Dilatata autem Hammaburgenſi Eccleſia, largitore omnium bonorum amminiculante, & fundatis Epiſcopiis, ſæpe* n *memoratæ Coloniæ Sedes Bremenſem recipiat Eccleſiam. Inhumanum* o *quippe eſt inter ſeculares, aliena jura pervadere; quanto magis* p *ſanctiſſimos Epiſcopos ſtatutos â Patribus transgredi terminos, & eos litigare, qui pacis debent ſubditis exempla præbere. Hæc autem ad hoc decreta eſt diſpenſatio, ut pax vigeat, ceſſet contentio, ut juſtitiæ rigorem miſericordiæ compaſſio temperet, ſcientes ſine pacis bono nullum Deo munus fore acceptabile.*

l Epiſcopia

m Colonienſis

n memorata

o enim

p Sanctiſſimorum Epiſcoporum

VIII.

SERGII PAPÆ III. CONFIRMATIO PRIVILEGIORVM ECCLESIÆ HAMBVRG.

Ex Appendice Tria postulatus Phil. Cæsaris repræsentavit Lambecius in Auctario lib. 1. Orig. Hamburg. p. 429. & seqq. Citat Adamus lib. 1. c. 42. p. 35

SErgius Episcopus, Servus servorum Dei, Reverendissimo & sanctissimo Confratri nostro Hogero Archi-Episcopo sanctæ Hammaburgensis Ecclesiæ. Diebus vitæ suæ tantummodo pastores ovium solem geluq; pro gregis sui custodia die ac nocte ferre contenti sunt, & ne qua ex eis aut errando pereat, aut ferinis lanianda morsibus rapiatur, oculis semper vigilantibus circumspectant quanto sudore, quanta cura debeamus esse pervigiles nos, qui Pastores animarum dicimur, attendamus; & susceptum officium exhibere erga custodiam Dominicarum ovium non cessemus, ne in die divini examinis pro desidia nostra ante summum Pastorem negligentiæ reatus inde exsurgat, unde modo honoris reverentia sublimiores inter cæteros judicamur. Pallium autem Fraternitati tuæ ex more ad Missarum solemnia celebranda transmisimus, quo tibi novaliter Ecclesiæ tuæ privilegiis in suo statu manentibus uti largimur non nisi solummodo in die sanctæ ac venerandæ Resurrectionis Domini nostri Iesu Christi, seu in Natalibus Apostolorum, nec non & Beati Iohannis Baptistæ, atq; in Assumptione sanctæ Dei genetricis Mariæ Dominæ nostræ: immo & Nativitatis Domini nostri Iesu Christi die, nec non natalitia Ecclesiæ tuæ die, simul & in ordinationis tuæ concedimus die, & quando reconduntur reliquiæ Sanctorum

ctorum â te, ſicut â Beatiſſimo prædeceſſore noſtro Domino Gregorio hujus almæ ſedis Præſule ſancitum eſt. In Secretario vero Fraternitas tua Pallium induere debeat, & ita ad Miſſarum ſolemnia proficiſci. Cujus quomodo indumenti honor modeſta actuum vivacitate ſervandus eſt, hortamur, ut & morum tuorum ornamenta conveniant, quatinus auctore Deo recte utrobique poſſis eſſe conſpicuus. Itaq; vita tua filiis tuis ſit regula: in ipſa, ſi qua tortitudo illis iniecta eſt, dirigant in ea, quod imitentur, aſpiciant, ut tuum poſt Deum videatur eſſe bonum, quod vixerint. Cor ergo neq; proſpera, quæ temporaliter blandiuntur, extollant, neque adverſa dejiciant; ſed quicquid illud fuerit, virtute patientiæ devincatur. Nullum apud te odia, nullum favor indiſcretus invenient, diſtrictum mali cognoſcant, inſontem apud te culpabilem ſuggeſtio mala non faciat, nocentem gratia non excuſet, remiſſum te delinquentibus non oſtendas, nec quod ultus non fueris, perpetrari permittas: ſit in te & boni Paſtoris dulcedo, ſit & iudicis ſevera diſtrictio; unum ſcilicet quod innocenter viventes foveat, aliud quod inquietos feriendos â pravitate compeſcat. Sed quoniam nonnunquam Præpoſitorum Zelus, dum diſtrictius vult malorum vindex exiſtere, tranſiit in crudelitatem correptio, iram judicio refrena, & cenſuram diſciplinæ ſecuturæ; ut & culpas ferias, & â dilectione perſonarum, quas corrigis, non recedas. Miſericordem te, prout virtus patitur, pauperibus exhibe; oppreſſis defenſio tua ſubveniat; opprimentibus modeſta correctio contradicat; nullius faciem contra juſticiam aſpicias, nullam quærentem

rentem justa despicias, custodia in te æquitatis excellat, ut nec divitem potentia sua aliquid apud vos extra viam suadeat rationis audere, nec pauperem de re sua faciat humilitas desperare: quatinus Deo miserante talis possis existere, qualem sacra lectio præcipit, dicens: Oportet Episcopum irreprehensibilem esse. Sed his omnibus salubriter uti poteris, si magistram Charitatem habueris, quam qui secutus fuerit, à recto aliquando tramite non recedit. Ecce, Frater Carissime, inter multa alia ista sunt Sacerdotij, ista sunt Pallij, quæ si studiose servaveris, quod foris accepisse ostenderis, intus habebis Sancta Trinitas Fraternitatem vestram gratiæ suæ protectione circumdet, atque ita in timoris sui via nos dirigat, ut post vitæ hujus amaritudinem ad æternam simul dulcedinem pervenire mereamur. Scriptum per manum Johannis *Scriniarij Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, in mense Majo, Indictione decima quarta. Bene vale. Data in Kalend. Junij per manum* Theophylacti *Sacellarij Sanctæ sedis Apostolicæ, Anno, Deo propitio, Pontificicatus Domini* Sergii *Summi Pontificis, & Universitatis Papæ in sacratissima sede Beati Petri Apostoli VIII, Indictione XIV.*

IX.

DIPLOMA HENRICI I. COGNOMENTO AVCVPIS, IMP. ROM.

Apud Lindenbrog. pag. 148. Meibomi-

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis Henricus divina favente clementia Rex. Noverint omnes fideles nostri tam præsentes quam etiam & futuri, qualiter

liter nos rogatu Vnnonis *Hamburgensis Ecclesiæ venerabilis Archiepiscopi, quandam commutationem inter se, & quendam nobilem virum nomine* VVillarium *fieri permisimus. Tradidit enim præfatus* VVillar *cum manu* Rasmade *conjugis suæ, &* Thoadulfi *filij ejus, ad prædictum Episcopatum in manum ipsius Ecclesiæ Episcopi* Vnnonis *&* Ulfridi *sui etiam Advocati, quicquid proprietatis in locis* Holtgibutli, Holthem, Fokaresha, Niantorp, Omanthorp, VValle, Magulum, Rikinburgi *&* Damista *nuncupatis, habere visus est, cum curtilibus, ædificiis, mancipiis, terris cultis & incultis, & omnibus, quæ dici aut nominari possunt, appendiciis, contra eam recompensationem, quam ab eodem Episcopatu sibi traditam accepit, & nostræ auctoritatis scripto confirmatam acquisivit. Eandem vero commutationem ejusdem Episcopi petitione hoc scripto confirmari jussimus, & ut hoc nostræ confirmationis præceptum â fidelibus nostris verius credatur, & diligentius observetur, manu nostra subtus illud firmavimus, & annuli nostri impressione sigillari præcepimus. Data IX. Kalend. Iunij anno Dominicæ incarnationis. DCCCCXXXV. Indictione VIII. Anno autem Henrici Regis XVII. Actum* Diusburg *in Dei nomine. Amen.*

tum in Appendice ad VVitichindum, pag. 116.

X.

DIPLOMA IMP. OTTONIS I. DE LIBERTATE ECCLESIÆ HAMBVRGENSIS.

Extat apud Lindenbrogium p. 149. apud Meibomium in diplomaris Wichindo annexis, pag. 116. Citat Adamus lib. 2. cap. 1. pag. 182.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Otto divina favente clementia Rex. Qui mundiali potestate præditi quibuscunq; necessariis regentium suffragari festinant, divinam sibi nihil refragari certissime sciant. Ideoque non dedignamur affectum ad nos confugientium perducere ad effectum, quia ob hoc temporalis regni modificationem nobis pariter speramus, & amplificationem, æternalisque proventuram perpetuo perennitatem. Unde noverit omnium fidelium nostrorum, præsentium scilicet & futurorum sagacitas, quod Adeldagus sanctæ Hammaburgensis Ecclesiæ venerabilis Archiepiscopus, adiens excellentiam serenitatis nostræ, expetivit â nostra pietate talem libertatem & tuitionem monasteriis in ejus Episcopio consistentibus, qualem cætera per nostrum regnum monasteria noscuntur habere. Cujus justa & rationabilis videtur petitio ad honorem sanctæ Dei genetricis a [Mariæ,] cui locus ille Hammaburch est consecratus, eidem loco supradicto concedimus omnes concessiones, quas concesserant anteriores Francorum Reges, cæterisque monasteriis ad hanc diœcesin pertinentibus, b [idem] Ramaslaum, Bremum, Biresinum, & Bukkenum; videlicet ut nullus judex publicus, vel quælibet judiciaria potestas aliquam sibi vindicet potestatem in supradictorum hominibus monasteriorum, litis videlicet & colonis, vel eos aliquis capitis banno ob capitis furtum, vel quocunque banno constringat, aut aliquam justiciam facere cogat, nisi Advocatus Archiepiscopi, quam diu eos corrigere valuerit. Quod si quispiam illorum incorrigibilis extiterit, tunc ab Advocato

a deest ap. Meibom.

b forte id est,

to eidem præsentetur judiciariæ potestati, cæteri vero in subditione Archiepiscopi permaneant. Si vero aliquis ex liberis voluerit Iammundling vel litus fieri, aut etiam colonus ad monasteria supradicta, cum consensu cohæredum suorum: non prohibeatur à qualibet potestate, sed [c *habeat licentiam nostra auctoritate,*] *habeat quoque potestatem prædictus Adeldagus, successoresque ejus Hammaburgensis Ecclesiæ Archiepiscopi super liberos & Iammundelingos monasteriorum supradictorum, in expeditionem sive ad placitum Regis.* d *Donamus quoque Clericis Hammaburgensis Ecclesiæ potestatem inter se, sive aliunde eligendi Episcopum, cum necessitas poposcerit. Et ut hæc auctoritatis nostræ concessio â fidelibus nostris verius credatur, & per succedentia tempora diligentius observetur, manu propria subtus eam firmavimus, & annulo nostro sigillari jussimus. Data II. Kalend. Julij Anno Domini* DCCCCXXXVII. *Indictione decima anno regni Ottonis piissimi Regis I. Actum in* VVerlaha, *in Dei nomine.*

c *Meibom.* habeat licentiam nostram.

d *Ibid.* Damus.

XI.

PRIVILEGIUM OTTONIS I. DE CONFIRMATIONE BONORVM BREMÆ, BIRSINEN, RAMASLO, BVCKIN, AD ECCLESIAM HAMBVRGENSEM PERTINENTIVM.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Otto *Rex divina opitulante clementia. Dinoscat omnium fidelium*

Apud Lindenbrog.

p. 149. Meibomium p 117.

noſtrorum ſagacitas, qualiter nos pro mercede vitæ permanentis, & per interventum charæ conjugis noſtræ Edgidæ *atque* Thietarii *fidelis noſtri, in proprium damus ad locum nominatum Hammaburg, quicquid in locis ſic nominatis,* Bremum, Birſina, Ramaslo, Buckin, *proprietatis hucusq; habere viſi ſumus, in terris cultis, & incultis, agris, pratis, paſcuis, campis, molendinis, piſcationibus, aquis, aquarum decurſibus, viis & inviis, quæſitis & inquirendis, omnibusq; ad præfata loca jure legitimoq; pertinentibus, firmiter in proprietatem donavimus, ad utilitatem Hammaburgenſis Eccleſiæ Epiſcoporum. Inde etiam munificæ largitatis noſtræ ſcriptum fieri juſſimus, per quod volumus, firmiterq; jubemus, quatenus Archiepiſcopi Hammaburgenſis Eccleſiæ habeant poteſtatem, quicquid illis placuerit, faciendum. Et ut hoc à fidelium noſtrorum induſtria verius credatur, ac per ſuccedentium temporum curricula diligentius obſervetur manu noſtra ſubtus illud confirmari curavimus, & annuli noſtri impreſſione conſignari juſſimus. Data VI. Idus Auguſti Indictione X. Anno Dominicæ incarnationis DCCCCXXXVII. Anno autem Ottone regnante rege II. Actum in* VValahuſen, *Amen.*

XII.

DIPLOMA IMP. OTTONIS I. DE ECCLESIIS HAMBVRGENSI SVFFRAGANTIBVS.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis: Otto divina favente

favente Clementia Imper. Aug. Quum Imperatoriæ dignitatis officium esse constet, ut erga divini cultum officii pervigili cura insistant, & quicquid augmentum sanctæ Christianæ religioni adhibere potuerint, indesinenter in hoc studeant. Idcirco nos interventu dilecti Archiepiscopi nostri Adaldagi prosperitate & incolumitate imperij nostri, quicquid proprietatis in marca vel regno Danorum ad Ecclesias in honorem Dei constructas, videlicet Slesvvigensem, Ripensem, Arnusensem, *vel adhuc pertinere videtur, vel futurum adquiratur, ab omni censu vel servitio nostri juris absolvimus, ut & Episcopis præscriptarum eccl siarum absq; ulla Comitis vel alicujus fisci nostri exactoris infestatione serviant & succumbant, volumus & firmiter jubemus. Servos verò & colonos in eisdem proprietatibus habitantes, nulli nisi eisdem Episcopis servituros, ab omni etiam nostri juris servitio absolvimus, & sub nullius banno vel disciplina illos, nisi sub illarum Ecclesiarum Advocatis esse volumus. Et ut hoc auctoritatis nostræ præceptum firmum & inconvulsum permaneat, hanc cartam conscribi, annuliq; nostri impressione sigillari jussimus, quam & manu propria subtus firmavimus. Data VI. Kalend. Julij Anno Dominicæ incarnationis DCCCLXV.* [c *Indictione VIII.*] *Domini Ottonis Imperij IV. Regni autem XXX. Actum* Magdeburch *in Dei nomine Amen.*

Extat ap. Lindenbrog. pag. 150. apud Meibom. pag 125. Citat Adamus lib. 2. cap. 2 p. 43.

Meibom. d Arusen. sem.

c Desunt hæc ap. Meibom.

XIII.

DIPLOMA IMP. OTTONIS I. DE LOCO BREMEN, ET POTESTATE ARCHIEPISCOPI HAMBVRGENSIS IN EVNDEM.

Ap. Linbrog. pag. 150. ap. Meibom. p. 127.

IN nomine sanctæ & Individuæ Trinitatis. OTTO Dei clementia Imperator Augustus. Si religiosorum obtemperaremus votis nostræ liberalitatis loca divino cultui mancipata largitate donaremus, ad æternæ recompensationis præmium indubitanter id nobis credimus profuturum. Quare omnibus constet, nos pro Dei amore venerabilis Adaldagi Hammaburgensis Ecclesiæ Archiepiscopi flagitatibus annuentes construendi mercatum in loco f Bremen nuncupato illi concessisse licentiam, bannum & theloneum, nec non monetam, totumque quod inde regius Rgi publice fiscus obtinere poterit, prælibatæ conferimus sedi: quin etiam negotiatores ejusdem incolas loci nostræ tuitionis patrocinio condonavimus, præcipientes hoc Imperatoriæ autoritatis præcepto, quo in omnibus tali patrocinemur tutelæ, & potiantur jure, quali cæterarum regalium institores urbium. Nemoq; inibi aliquam sibi vindicet potestatem, nisi præfati Pontificatus Archiepiscopus, & quem ipse ad hoc delegaverit. [Et ut hæc nostra concessio firma & in convulsa permaneat, manu nostra signata, & annuli nostri impressione roborata est.] Acta IV. Idus Augusti. Anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXVI. Indictione VIII. Anno Domini, Ottonis Magni Imperatoris regni

f Meibom. Bremum

Ap. Meibom. manu nostra signato & annuli nostri impressione roborato.

regni XXXI, Imperij verò IV, Actum Mersburg *in Dei nomine feliciter.*

XIV.

DIPLOMA IMP. OTTONIS II. DE LIBERTATE BONORVM ECCLESIÆ HAMBVRGENSIS.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Otto divina favente clementia Rex. Omnium fidelium nostrorum noverit industria, qualiter Ad Idagus, *sanctæ Hammaburgensis Ecclesiæ Archiepiscopus nostram regiam deprecatus est dignitatem per fidelem suum missum, nomine* VVigbertum, *quatenus præcepta â nostris antecessoribus suæ sanctæ Ecclesiæ anteà collata, nostra tuitione confirmarentur. Cujus petitionem quia justam esse cognovimus, pij genitoris nostri,* Ottonis *scilicet Imperatoris, consilium, quid inde nobis faciendum esset investigavimus; ipse verò non solum consilium dabat, verùm etiam ut ita ageremus præcipiebat, maximè qui quosdam si hæc in quoquam frangere possent, tentantes audivit. Quapropter concedimus prædicto monasterio, cum omnibus alis monasteriis, sibi subditis,* videlicet Bremen, Bukkun, Biresinum & Haramusla, *cum cunctis illorum adjacentiis, terris cultis & incultis, pratis, pascuis, sylvis, aquis, aquarumque decursibus, mancipiis, aliisq;, quæ uti possunt, omnes concessiones, quas priores Imperatores concesserant, ut semper sub tuitione perpetualiter sint, vel deinceps aliquo modo adquirere possint, ut eis eorumque Episcopo liberè serviant omni judiciariâ potestate remota.*

Con-

Concedimus insuper ut nullus Dux neque Marchio, vel Comes, aut alia quædam judiciaria potestas ullam sibi in prædictis omnibus usurpent potestatem, nisi prædictæ sedis Archiepiscopus, & Advocati, quos ipse elegerit. Ipsi verò Advocati nostro banno constringant omnes viros prædictarum Ecclesiarum ad omnem justitiam faciendam. Et ut hæc nostra concessio firma & inconvulsa permaneat, hanc jussimus cartam conscribi, & annuli nostri impressione subtus firmari; quam & manu propria subtus firmavimus. Data VI. Kalend. Novembr. Anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXVII. Indictione X. Anno Serenismi Regis Ottonis VII. Actum Veronæ *in Dei nomine, Amen.*

XV.

DIPLOMA HEINRICI IV. IMP. DE ABBATIA LAVRISHAIMENSI.

Diploma hoc cum quatuor sequentibus communicavit mihi itidem Nobiliss. *Conringius.*

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis HEINRICVS *divina favente Clementia Rex. Cum regiæ dignitatis sit jus cuiquam servare suum, præcipue tamen ecclesiastica jura nobis observanda videntur, quia si peccandum, tolerabilius in hominem quam in Deum; si non peccandum, reverentius tamen Deo quam hominibus obsequendum. Nos quidem patrum præcedentium vestigia imitari optantes, augere bona ecclesiastica, aucta retinere, nostroque in quantum possumus patrocinio tueri debemus, quatenus nostra tenera ætas ad virile robur anhelans, promoveri si promoverit sperans, & dandi in Deo gloriam assequatur, & data inter*

ter homines confirmandi gratiam non amittat. Vnde omnibus Christinostrique fidelibus, tam futuris quam præsentibus notum esse volumus, qualiter bene erga nos promerentem, ADALBERTVM Hammaburgensem Archiepiscopum, digne remunerantes, ad archiepiscopalem ecclesiam scilicet Hammaburch, in honore domini & Salvatoris nostri ejusq; intemeratæ genetricis MARIAE & beati IACOBI Apostoli, sancti quoque VITI martyris constructam abbatiam, LORISSA dictam, in pago LOBETENGOVVE, in comitatu POPPONIS Comitis sitam, cum omnibus appendiciis, hoc est, utriusque sexus mancipiis, præposituris, ecclesiis, decimis, villis, vineis, agris, pratis, campis, pascuis, silvis, forestis, venationibus, terris cultis, & incultis, aquis, aquarumve decursibus, molis, molendinis, piscationibus, exitibus & reditibus, viis & inviis, quæsitis & inquirendis, omnique utilitate, quæ vel scribi, vel dici, vel ullo modo inde potest adquiri, in proprium dedimus atque tradidimus, nec non omni jure ac libertate, qua nos eam habuimus, sibi habendam concessimus, perpetualiter tenendam confirmavimus. Ea videlicet ratione, ut prædictus ADALBERTVS, ejusdem sedis Archiepiscopus, suique successores, eandem, quam de cæteris ecclesiæ suæ bonis legaliter adquisitis liberam, & de hac Abbatia potestatem habeant tenendi, constituendi, vel quicquid ad communem utriusque ecclesiæ utilitatem, voluerint, faciendi. Et ut hæc nostra regalis traditio stabilis & inconvulsa omni permaneat tempore, hanc cartam inde conscribi, manuque

Confer Adamum lib. 4. c. 42 pag. 112. & cap. 26 pag. 125.

propria corroborantes, sigilli nostri impressione jussimus insigniri.

SIGNVM DOMINI HEINRICI QVARTI REGIS.

SIGEHARDVS CANCELLARIVS VICE SIGEFRIDI ARCHICANCELLARII RECOGNOVI.

Data VIII. Id. Sept. Anno Domini Incarnationis M. LX. V. Indictione III. Anno autem ordinationis Domini HEINRICI quarti Regis XI. regni vero IX. Actum OSCKERSLEVO, in Dei nomine feliciter, Amen.

XVI.

DIPLOMA HEINRICI IV. IMP. DE ABBATIA CORBEIENSI.

Vide Adamum lib. 4. cap. 4. & cap. 16.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis HEINRICVS divina favente clementia Rex. Cum regiæ dignitatis sit jus cuiquam servare suum: præcipue tamen ecclesiastica jura nobis observanda videntur, quia si peccandum, tolerabilius in hominem quam in Deum, si non peccandum, reverentius tamen Deo quam hominibus obsequendum. Nos quidem patrum præcedentium vestigia imitari optantes, augere bona ecclesiastica, aucta retinere, nostroque in quantum possumus patrocinio tueri debemus, quatenus nostra tenera ætas ad virile robur anhelans, promoveri si promoverit sperans, & dandi in Deo gloriam assequatur, & data inter homines confirmandi gratiam non amittat. Vnde omnibus Christi nostrique fidelibus tam futuris quam præsentibus notum esse volumus, qualiter bene erga nos promerentem ADALBERTVM

TVM Hammaburgenſem Archiepiſcopum digne remunerantes, ad archiepiſcopalem eccleſiam ſcilicet Hammaburch in honore domini & Salvatoris noſtri, ejusque intemeratæ genetricis Mariæ, & beati Iacobi Apoſtoli, ſancti quoque Viti martyris conſtructam abbatiam CHORBEIA dictam, in pago ANGERA, in ducatu OTTONIS Ducis ſitam, cum omnibus appendiciis hoc eſt, utriuſque ſexus mancipiis, præpoſituris, eccleſiis, decimis, villis, vineis, agris, pratis, campis, paſcuis, ſilvis, foreſtis, venationibus, terris cultis & incultis, aquis, aquarumve decurſibus, molis, molendinis, piſcationibus, exitibus vel reditibus, viis & inviis, quæſitis & inquirendis, omnique utilitate, quæ vel ſcribi, vel dici, vel ullo modo inde poteſt acquiri, in proprium dedimus atq; tradidimus: nec non omni jure ac libertate, qua nos eam habuimus, ſibi habendam conceſſimus perpetualiter tenendam confirmavimus. Ea videlicet ratione, ut prædictus ADALBERTVS, ejusdem ſedis Archiepiſcopus, ſuiq; ſucceſſores eandem, quam de cæteris eccleſiæ ſuæ bonis legaliter adquiſitis, liberam & de hac Abbatia poteſtatem habeant tenendi, conſtituendi, vel quicquid ad communem utriuſque eccleſiæ utilitatem voluerint, faciendi. Et ut hæc noſtra regalis traditio ſtabilis & inconvulſa omni permaneat tempore, hanc cartam inde conſcribi, manuque propria corroborantes, ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri.

SIGNVM DOMINI HEINRICI QVARTI REGIS.

SIGEHARDVS CANCELLARIVS VICE SIGEFRIDI ARCHICANCELLARII RECOGNOVI.

Data XIV. Kl. Novembr. Anno Dominici Incarnationis MLXV. Indictione III. anno autem incarnationis Domini HEINRICI quarti Regis XI. regni vero IX. Actum Goslariæ in Dei nomine feliciter, Amen.

XVII.

DIPLOMA HEINRICI IV. IMP. DE VILLA SINZICHE.†

†Sinticum vocat Adamus, quem vide lib. 4. c. 24. pag. 124. & lib. 3. cap. 30. p. 101.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis HEINRICVS divina favente clementia Rex.

Cum regiæ dignitatis sit jus cuiquam servare suum, præcipue tamen ecclesiastica jura nobis observanda videntur, quia si peccandum, tolerabilius in hominem quam in Deum, si non peccandum, reverentius tamen Deo quam hominibus obsequendum. Nos quidem patrum præcedentium vestigia imitari cupientes, augere bona ecclesiastica, aucta retinere, nostroque, in quantum possumus, patrocinio tueri debemus, quatenus nostra tenera ætas ad virile robur anhelans, promoveri si promoverit sperans, & dandi in Deo gloriam assequatur, & data inter homines confirmandi gratiam non amittat. Unde omnibus Christi nostrique fidelibus, tam futuris quam præsentibus, notum esse volumus, qualiter bene erga nos promerentem ADALBERTVM Hammaburgensem Archiepiscopum digne remunerantes, ad Archiepiscopalem ecclesiam scilicet Hammaburch in honore domini & Salvatoris nostri, ejusque intemeratæ genetricis MARIÆ, &

beati

beati IACOBI Apostoli, sancti quoque Viti martyris, constructam villam unam SINZICHE dictam, in pago Archgouve PERIOLDI Comitis sitam, cum omnibus appendiciis, hoc est, utriusque sexus mancipiis, villis, vineis, agris, pratis, campis, pascuis, silvis, venationibus, terris, cultis, & incultis, aquis, aquarumve decursibus, molis, molendinis, piscationibus, exitibus & reditibus, viis, & inviis, quæsitis & inquirendis, monetis quoque mercatis, theloneis, omnig. districtu in proprium dedimus atque tradidimus, & perpetualiter possidendam concessimus. Ea videlicet ratione, ut prædictus ADALBERTVS, ejusdem sedis Archiepiscopus, suique successores eandem, quam de cæteris ecclesiæ suæ bonis legaliter adquisitis, liberam & de hac potestatem habeant tenendi, commutandi, precariandi, vel quicquid ad utilitatem suæ ecclesiæ voluerint, faciendi. Et ut hæc nostra regalis traditio stabilis & inconvulsa, omni permaneat ævo, hanc cartam inde conscribi, manuque propria corroborantes, sigilli nostri impressione jussimus insigniri.

SIGNVM DOMINI HEINRICI QVARTI REGIS.

SIGEHARDVS CANCELLARIVS VICE SIGEFRIDI ARCHICANCELLARII RECOGNOVI.

Data XIV. Kl. Nov. Anno Domini Incarnationis M.LX.V. Indictione III. Anno autem ordinationis Domni HEINRICI quarti Regis XI. regni vero IX. Actum Goslariæ in Dei nomine feliciter, Amen.

XVIII.

DIPLOMA HENRICI IV. IMP. DE CVRTI TVSBVRCH.

Tusburch Adamo est *Dusburg*, lib. 4. c. 24. & lib. 3. cap. 30. *Dispargum.*

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis HEINRICVS divina favente clementia Rex. Cum regiæ dignitatis sit jus cuiquam servare suum, præcipue tamen ecclesiastica jura nobis observare videntur, quia si peccandum, tolerabilius in hominem quam in Deum, si non peccandum reverentius tamen Deo, quam hominibus obsequendum. Nos quidem patrum præcedentium vestigia imitari optantes, augere bona ecclesiastica, aucta retinere, nostroq; in quantum possumus patrocinio tueri debemus, quatinus nostra tenera ætas ad virile robur anhelans, promoveri si promoverit sperans, & dandi in Deo gloriam assequatur, & data inter homines confirmandi gratiam non amitat. Vnde omnibus Christi nostriq; fidelibus, tam futuris quam præsentibus, notum esse volumus, qualiter bene erga nos promerentem. ADALBERTVM, Hammaburgensem Archiepiscopum, digne remunerantes, ad archiepiscopalem ecclesiam scilicet Hammaburch, in honore domini & Salvatoris nostri, ejusque intemeratæ genetricis MARIÆ & beati IACOBI Apostoli, sancti quoque VITI martyris, constructam, curtem nostram TVSBVRCH dictam, in pago Ruriggouve, in comitatu HERIMANNI Comitis Palatini sitam, cum omnibus appendiciis, hoc est, utriusque sexus mancipiis, areis, ædificiis, villis, vineis, agris, pratis, campis, pascuis, silvis, forestis, forestariis, venationibus, terris cultis & incultis, aquis,

aquis, aquarumve decursibus, molis, molendinis, piscationibus, exitibus & reditibus, viis & invijs, quæsitis & inquirendis, monetis quoque, thelonijs, omnique districtu, in proprium dedimus atque tradidimus. Addimus insuper cum hanno nostro prædictæ ecclesiæ forestum unum in triangulo trium fluminum scilicet Rein, Tussale *&* Ruræ *positum, ita quoq; determinatum, per* Ruram *se sursum extendens usq; ad pontem VVirdinensem & exinde per stratam Colonienſem, usque ad rivum Tussale, & per descensum ejusdem rivi ad Renum, & per alveum Reni, usque quo Rura influit Renum. Ea videlicet ratione, ut prædictus ADALBERTVS, ejusdem sedis Archiepiscopus, suique successores, eandem quam de ceteris ecclesiæ suæ bonis legaliter acquisitis, liberam & de his potestatem habeant, tenendi commutandi, præcariandi vel quicquid de ecclesiæ suæ utilitatem voluerint faciendi. Et ut hæc nostra regalis traditio stabilis & inconvulsa omni permaneat tempore, hanc cartam inde conscribi manuque propria corroborantes, sigilli nostri impressione jussimus insigniri.*

SIGNVM DOMINI HEINRICI QVARTI REGIS.

SIGEHARDVS CANCELLARIVS VICE SIGEFRIDI ARCHICANCELLARII RECOGNOVI.

Data XVII. Kl. Novembr. Anno Domini Incarnationis MLXV. Indict. III. Anno autem ordinationis Domni HEINRICI quarti Regis XI. Regni vero IX. Actum Goslariæ in Dei nomine feliciter, Amen.

DIPLO-

IX.

DIPLOMA HENRICI IV. IMP. DE COMITATV BERNHARDI IN EMESCOVVA ET VVESTFALE.

Comitatus hujus ab Adelberto acquisiti, meminit Adamus lib. 4. cap. VI. p. 113. & cap. IX. p. 115.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis HEINRICVS Dei gratia Romanorum Imperator Augustus.

Notum esse volumus universitati Christi, nostrique fidelium, qualiter dominus Adalbertus venerabilis Archiepiscopus serenitatem nostram adyt, petens & postulans, quod ecclesiæ Hammaburgensi, cui ipse pastor & rector præerat, donare vellemus Comitatum, quem in Emescovva & VVestfale situm, Bernhardus comes, vir nobilis, & nobis genere propinquus, regendum, utendumq; susceperat. Habuit secum adjutores in petendo complures ex principibus, Sigefridum Mogontinum, Annonem Colonienſem, Archiepiscopos; aliquos etiam ex ducibus & Marchionibus. Numeravit suos pro nobis domi forisque labores; ostendit perpetuam ejus in nos voluntatem. Et quia ipsius Bernhardi Comitis ad hanc rem quærendus erat assensus, ipsum vir sapiens precio & precibus adduxit, ut præsens laudator & assensor existeret. Tum nos ipsi Archiepiscopo Adalberto ob merita sua benevolentes, ad hoc petitionibus fidelium nostrorum acquiescentes, maxime etiam cum remunerationem nobis speraremus à Domino salvatore, & sanctissima ejus genetrice Maria, & sancto Vito martyre glorioso, à quibus locus ille evidenter incolitur, comitatum eundem, ipso Bernhardo Comite laudante & assensum præbente, ecclesiæ Ham-

Hammaburgensi donavimus & tradidimus. Addidimus etiam ei, sicut mos est, nostræ auctoritatis scriptum, sigillum ei imprimentes, quod hoc in longum fierdt posteritati testimonium. Verum deinde procedente tempore, cum novæ in regno perturbationes surgerent, dolis & invidia quorundam factum est, ut ecclesia supra memorata eodem Comitatu ad aliquod tempus privaretur. Veniens autem successor ejusdem domini Adalberti, *venerabilis Archiepiscopus* Liemarus, *qui non minus in nostro servitio laboravit, rem nobis in memoriam reduxit, preces adjungens, iudicium postulavit, atque id sæpe faciendo tandem effecit, ut in Purificatione, inter ipsa solemnia missarum, eundem Comitatum domino Salvatori & sanctæ Mariæ offerentes, recognosceremus, ac in perpetuum redderemus. Factum est in Italia* Veronæ *in monasterio sancti Lenonis videntibus & cognoscentibus* Erphone *Monasterienſi Episcopo, atq; alijs Episcopis & principibus compluribus, auxiliante etiam domino Papa* Clemente, *quanquam tum præsens corpore non adesset. Itaque hoc facto, jussimus huius recognitionis & redditionis cartam fieri ac signari, ut esset in omne tempus firmum & ratum, atque omnibus notum.*

SIGNVM DOMINI HEINRICI ROMANORVM IMPERATORIS INVICTISSIMI ATQVE PIISSIMI.

Humbertus Cancellarius, vice Archiepiscopi Moguntini Routhardi atque Archicancellarij recognovit.

Anno Dominicæ incarnationis milleſimo nonageſimo

VI. Indictione IV. HEINRICO anno quadragesimo III. regnante, imperante vero III. decimo, data est Patavij præsente & laudante ac confirmante Domino Papa Clemente. Recognoscebant ex Principibus, Episcopus Monasterienſis Erpho, *Episcopus Veronensis* VVolftrigel, *Vincentinus Episcopus* Ycelo, *Tarvisianus Episcopus* Lupoldus, *Episcopus Veltrensis* Aribo, *Episcopus Faventinus* Routpret, *Marchiones â Lo.* Purchardus. *Comites* Megenfridus, VVido, Houc, *& alij complures.*

XX.

DIPLOMA HENRICI IV. DE COMITATV IN PAGIS HVNESGA ET FIVILGA.

Diploma hoc cum sequentibus tribus extat apud Lindenbrog à p. 159. usque ad 163. quæ adeo præmitti superioribus nonnullis debuerant.

IN nomine *sanctæ & individuæ Trinitatis*, Heinricus *divina favente Clementia Rex. Si loca divinis cultibus mancipata, more antecessorum nostrorum Regum & Imperatorum ditare & sublimare curamus, æternam retributionem nobis inde futuram liquido credimus. Quo circa omnium Christi nostrorumq; fidelium tam futurorum quam præsentium noverit industria, qualiter nos pro remedio beatæ memoriæ patris nostri* Heinrici tertii, *Regis secundi Romanorum Imperatoris Augusti, & ob interventum dilectæ matris nostræ* Agnetis *Imperatricis Augustæ, nec non ob petitionem & devotum ac fidele servitium* Adalberti *venerabilis Hammaburgensis Ecclesiæ Archiepiscopi, quæ est constructa in honorem sancti Salvatoris & sanctissimæ ejus genitricis Mariæ virginis, quendam nostri juris Comitatum, scilicet in pagis* Hunesga & Fivilga, *cum eodem jure omnique utili-*

utilitate, quam anteceſſores noſtri habuerunt, vel ullo modo in futurum inde poterit provenire, ad uſum ejus dictæ Eccleſiæ in proprium tradidimus, & condonavimus. Inſuper etiam eidem Archiepiſcopo licentiam & poteſtatem conceſſimus, in eodem Comitatu duos mercatus conſtituendi, unum videlicet in VVinechum, *& alterum in* Gerlevisvvert, *cum monetis & theloneis tam in aqua, quam in terra, & in omni diſtrictione, quæ ad forum & regiam pertinet poteſtatem; ita quidem, ut nullus judex aut exactor, vel ulla alia perſona, præter libitum prædicti Archiepiſcopi regiam noſtram traditionem invadere, aut irritam facere præſumat. Hanc autem traditionem tali ratione firmavimus, ut præfatus Archiepiſcopus & ſucceſſores illius de prænominatis rebus liberam deinceps poteſtatem habeant tuendi, vel quidquid illis ad uſum Eccleſiæ prænominatæ placuerit, inde faciendi. Et ut hæc noſtra regalis traditio ſtabilis & inconvulſa omni permaneat ævo, hanc chartam inde conſcriptam, manu propria, ut infra videtur roborantes, ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri. Data VII. Kal. Maj. Anno Dominicæ incarnationis MLVII. Indictione X. Anno autem Domini* Heinrici *IV. Regis ordinant. III. regni primo. Actum* VVerede *in Dei nomine feliciter. Amen.*

Meminit hujus donationis Adamus c. 5. lib. 4. c. 113.

XXI.

DIPLOMA HENRICI IV. DE TRADITIONE LIESTMVONÆ &c.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Heinricus *divina favente Clementia Rex. Cum regiæ dignitatis ſit, jus*

Vide Adamum lib. 4. cap 4. pag. 112.

cuilibet ſervare ſuum, præcipue tamen Eccleſiaſtica jura nobis obſervanda videntur, quia, ſi peccandum, tolerabilius in hominem, quam in Deum, ſi non peccandum, reverentius tamen Deo quam hominibus obſequendum. Nos quidem patrum præcedentium veſtigia imitari optantes augere bona eccleſiaſtica, aucta retinere, noſtroq; in quantum poſſumus patrocinio tueri debemus, quatenus noſtra tenera ætas ad virile robur adhelans, promoveri ſe ſperans, & dandi in Deo gloriam aſſequatur, & data inter homines confirmandi gratiam non amittat. Univerſis igitur ſanctæ Dei Eccleſiæ, noſtrisque fidelibus, tam futuris, quam præſentibus notum eſſe volumus, qualiter Dominus Adelbertus ſanctæ Hammaburgenſis Archiepiſcopus, patronus & fidelis noſter, clementiæ noſtræ ſerenitatem adyt ſupplicando, quatenus noſtræ proprietatis quoddam prædium, curtem ſcilicet quæ vocatur Lieſtmuone, in Comitatu Marchionis Udonis, & in pago VVimodi nuncupato ſitum, cum omnibus pertinentiis ſuis, pro genitoris noſtri charæ memoriæ Heinrici Romanorum Imperatoris Auguſti, noſtræq; animæ remedio, in jus ſuæ transfunderemus Eccleſiæ, & hoc idem omniaq; alia ejusdem Eccleſiæ bona, modis undecunque legalibus aggregata, jure ſibi perpetuo poſſidenda, omni contradictione poſtpoſita, per noſtri præcepti paginam confirmaremus. Honeſtæ igitur petitioni noſtro conſilio fidelium, videlicet dilecti magiſtri noſtri Annonis, Archiepiſcopi Colonienſis, Sigefridi Archiepiſcopi Moguntini, Burchardi Halberſtadenſis Epiſcopi, Ottonis Marchionis, conſentire decernentes; remunerantes quoq;

præ-

prædicti Archiepiscopi juge servitium, quod patri nostro & nobis incessabili devotione exhibuit, eandem prænominatam curtem cum universis appendicijs, hoc est, utriusq; sexus mancipijs, areis, ædificijs, agris, pratis, pascuis, terris cultis, & incultis, aquis aquarumq; decursibus, molis, molendinis, piscationibus, venationibus, exitibus & reditibus, quæsitis & inquirendis, monetis, theloneis, nostriq; banni districtum; super omnes ipsam terram inhabitantes, forestium etiam cum banno regali per totum pagum VVimodi, *cum insulis,* Bremensi *scilicet &* Lechter *dictis, nec non cum paludibus* Linebroch, Asebroch, Aldenebroch, VVeigeribroch, Hugtingebroch, Brinscimibrog, VVeigenbroch, *limite discurrente usq; in* Eiternæ *fluvium, pro animæ nostræ corporisq; salute, sanctæ Hammaburgensi Ecclesiæ quæ est in honore Domini & Salvatoris nostri, ejusque intemeratæ genitricis perpetuæq; virginis* Mariæ, *& beati* Iacobi *Apostoli consecrata, perpetuo jure possidendam, omnium præsentium vel succedentium contradictione remota, in proprium tradidimus atque donavimus. Confirmamus autem munificentia regia eidem Ecclesiæ libertatem, & bona omnia quæ â* Carolo Magno *prædecessore nostro,* Romanorum *siquidem Imperatores, vel* Franciæ *reges usq; ad tempora nostra prænominatæ Ecclesiæ concesserunt, & nos habendam ei omni tempore atq; jure perpetuo possidendum, per nostri præcepti paginam concedimus, omni nostra & nostrorum successorum, cunctorumq; mortalium majorum vel minorum inquietatione remota, parochias scilicet, decimas, terras cultas &*

incultas, comitatus, mercatus, monetas, thelonea, cum omni utilitate quæ describi, vel quoquo modo inde provenire poterit. Et ut hæc nostra regalis traditio stabilis & inconvulsa per succedentium momenta temporum permaneat, hanc chartam inde conscriptam, manu propriar ut infra videtur corroborantes, sigilli nostri impressione jussimus insigniri. Data est V. Kal. Julj. Anno Dominicæ incarnationis M.LXII. Indictione I. Anno autem ordinationis Domini Heinrici *IV. Regis VIII. regni vero VI. Actum Altstedj in Dei nomine feliciter, Amen.*

XXII.

DIPLOMA HENRICI IV. DE COMITATV BERNHARDI IN PAGIS EMISGOA, WESTFALA ET ANGERI.

Mentio hujus fit ab Adamo lib. 3. c. 30. pag. 101. & lib. 4. c. 6. pag. 113. Vide & donationis hujus confirmationem supra Num. XIX.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis, Heinricus *divina favente Clementia Rex. Cum regiæ dignitatis sit: jus cuilibet servare suum, præcipue tamen ecclesiastica jura nobis observanda videntur, quia si peccandum, tolerabilius in hominem quam in Deum, si non peccandum, reverentius tamen Deo, quam hominibus obsequendum. Nos quidem patrum præcedentium vestigia imitari optantes, augere bona Ecclesiastica, aucta retinere, nostroque in quantum possumus patrocinio tueri debemus, quatenus nostra tenera ætas ad virile robur anhelans, promoveri sperans, & dandi in Deo gloriam assequatur, & data inter homines confirmandi gratiam non amittat. Universis igitur sanctæ Dei Ecclesiæ nostrisque fidelibus, tam futuris*

quam

quam præsentibus notum esse volumus, qualiter Dominus Adalbertus sanctæ Hammaburgensis Ecclesiæ Archiepiscopus, patronus & fidelis noster, clementiæ nostræ serenitatem adijt, supplicando, quatenus eidem Ecclesiæ, quæ est in honore sancti Salvatoris ejusque intemeratæ genitricis perpetuæq; virginis Mariæ, & beati Iacobi Apostoli consecrata, comitatum Bernhardi Comitis daremus in proprium. Vnde ad promerenda patriæ cœlestis gaudia, & ad prolonganda sub divina semper defensione nostræ vitæ curricula, & ad explendam nostrorum petitionem fidelium, videlicet dilecti magistri nostri Annonis Archiepiscopi Colonienſis, Sigifridi Archiepiscopi Moguntini, Burchardi Halberstadensis, Gutharii Babenbergensis, Adalberonis VVurziburgens. Episcoporum, Ottonis Ducis, Bertoldi Ducis, Ottonis Marchionis, Fritherici Comitis Palatini, Eckiberti Comitis, consentire decernentes; remunerantes quoque prædicti Archiepiscopi juge servitium quod patri nostro, & nobis inceſsibili devotione exhibuit, eundem Comitis prænominati comitatum in pagis Emisgoa, VVestfala, & Angeri situm, cum universis appendicijs ejusdem Comitis beneficia respicientibus, hoc est, utriusq; sexus mancipijs, areis, ædificijs, agris, pratis, pascuis, terris cultis, & incultis, aquis, aquarum decursibus, molis, molendinis, piscationibus, exitibus & reditibus, viis & inviis, quæsitis & inquirendis, mercatis, monetis, theloneis, forestum etiam cum nostro banno regali per omnem comitatum, hiis tantum venationibus exceptis, quas nos aut prædecessores nostri, Romanorum scilicet Imperatores, vel

Fran-

Francorum Reges, Ecclesiis vel Principibus per regij auctoritatem præcepti largiendo contulimus, sanctæ Hammaburgensi Ecclesiæ pro nostræ ut diximus nostrique progenitoris animæ remedio, perpetuo jure possidendum, omni præsentium vel succedentium contradictione remota, in proprium tradidimus, atque donavimus. Confirmamus igitur munificentia regia eidem Ecclesiæ libertatem per omnia retinendam, & bona omnia quæ â Carolo Magno *prædecessores nostri,* Romanorum *siquidem Imperatores, vel* Francorum *Reges usque ad tempora nostra prænominatæ Ecclesiæ concesserunt, & nos habendum ei omni tempore, atque jure perpetuo possidendum, per nostri præcepti paginam concedimus, omni nostra & nostrorum successorum, cunctorumque mortalium minorum vel majorum inquietatione remota. Parochias scilicet, decimas, terras cultas, & incultas, comitatus, mercatos, monetas, thelonea, foresta, cum omni utilitate, quæ describi vel quoquomodo inde provenire poterit. Et ut hæc nostra regalis traditio stabilis & inconvulsa per succedentium momenta temporum permaneat, hanc chartam inde conscriptam, manu propria, ut infra videtur, corroborantes, sigilli nostri impressione jussimus insigniri. Data IX. Kalend. Novembris, Anno Dominicæ incarnationis M. LXII. Indictione II. Anno autem ordinationis Domini* Heinrici *quarti Regis VIII. regni verò VI. Actum* Ratisbonæ in *Dei nomine feliciter, Amen.*

DIPLO-

XXIII.

DIPLOMA HENRICI IMP. DE COMITATV VDONIS MARCHIONIS.

IN nomine *sanctæ & individuæ Trinitatis*, Heinricus *divina favente clementia* Rex. *Cum regiæ dignitatis sit jus cuique servare suum, præcipue tamen Ecclesiastica jura nobis observanda videntur, quia si peccandum, tolerabilius in hominem quam in Deum, si vero non peccandum, reverentius tamen Deo quam hominibus obsequendum. Nos quidem patrum præcedentium vestigia imitari optantes, augere bona ecclesiastica, aucta retinere, nostroq; in quantum possumus patrocinio tueri debemus, quatenus nostra tenera ætas ad virile robur anhelans promoveri, si promoverit sperans, & dandi in Deo gloriam consequatur, & data inter homines confirmandi gratiam non amittat. Universis igitur sanctæ Dei Ecclesiæ nostrisque fidelibus, tam futuris quam præsentibus notum esse volumus, qualiter dominus* Adalbertus, *sanctæ Hammaburgensis Ecclesiæ Archiepiscopus patronus & fidelis noster, clementiæ nostræ serenitatem adiit supplicando, quatenus eidem Ecclesiæ, quæ est in honore Dei Salvatoris, ejusque intemeratæ genitricis perpetuæque virginis* Mariæ, *& beati* Iacobi *Apostoli consecrata, comitatum* Udonis *Marchionis, quem pater suus habebat antequam acciperet, daremus in proprium. Unde ad promerenda cœlestis patriæ gaudia, & ad prolonganda sub divina semper defensione nostræ temporalis vitæ curricula, & explendam nostrorum petitionem fidelium, videlicet dilecti*

Vide Adamum lib. 4 cap. V. pag. 111.

magistri nostri Annonis *Archiepiscopi Colonienſis*, Sigefridi *Arhiepiſcopi Moguntini*, Burchardi *Halberſtadenſis*, Guntharii *Bavenburgenſ.* Adalberonis *V Virziburgenſis Epiſcoporum*, Ottonis *Baivariorum Ducis*, Bertoldi *Ducis*, Ottonis *Marchionis*, Fritherici *Comitis Palatini*, Ekkiberti *Comitis*, *decernentes conſentire; remunerantes quoque prædicti Archiepiſcopi juge ſervitium, quod patri noſtro & nobis inceſſabili devotione exhibuit, eundem prænominati* Vdonis *Marchionis comitatum in* Angeri *ſitum, cum univerſis appendiciis ejusdem Marchionis beneficia reſpicientibus hoc eſt, utriusque ſexus mancipiis, areis, ædificiis, agris, pratis, paſcuis, terris cultis, & incultis, aquis & aquarum decurſibus, molis, & molendinis, piſcationibus, exitibus & reditibus, viis & inviis, quæſitis & inquirendis, mercatis, monetis, theloneis, foreſtum etiam cum noſtro banno regali per omnem comitatum, ijs tantum venationibus exceptis, quas nos aut prædeceſſores noſtri Romanorum ſcilicet Imperatores vel Francorum Reges, Eccleſiis vel Principibus per regij auctoritatem præcepti largiendo contulimus, ſanctæ Hammaburgenſi Eccleſiæ pro noſtræ, ut diximus, noſtriq. genitoris animæ remedio, perpetuo jure poſſidendum, omnium præſentium vel ſuccedentium contradictione remota, in proprium tradidimus atque donavimus. Confirmamus autem eidem Eccleſiæ munificentia regia libertatem per omnia retinendam, & bona omnia quæ â* Carolo Magno *prædeceſſores noſtri, Romanorum ſiquidem Imperatores vel Francorum Reges uſque ad tempora noſtra prænominatæ Eccleſiæ conceſſerunt, &*

nos

nos habendum & omni tempore atq; jure perpetuo possidendum per nostri præcepti paginam concedimus, omni nostra & nostrorum successorum, cunctorumque mortalium majorum vel minorum inquietatione remota. Parochias scilicet, decimas, terras cultas, & incultas, comitatus, mercatos, monetas, thelonea, foresta, cum omni utilitate, quæ describi vel quoquomodo inde provenire poterunt. Et ut hæc nostra regalis traditio stabilis & inconvulsa per succedentium momenta temporum permaneat, hoc inde conscriptum manu propria, ut infra videtur corroborantes, sigilli nostri impressione jussimus insigniri. Data est IX. Kalend. Novembris. Anno Dominicæ Incarnationis M. LXII. Indictione II. Anno autem Domini Heinrici *ordinationis quarti Regis VIII. regni vero VI. Actum* Ratisponiæ *feliciter, Amen.*

XXIV.

FRIDERICI IMP. CONFIRMATIO PRIVILEGIORVM HAMBVRGENSI ECCLESIÆ CONCESSORVM.

Est & hoc inter Privilegia Archi ecclesiæ Hamburg à Lindenbrogio edita. pag. 181.

IN Dei nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Fridericus *divina favente clementia, Romanorum Imperator Augustus. In examine cuncta Dei conspicientes æquali, meritum fors credimus dantis & corroborantis. Credimus etiam ad Imperialem Majestatem nostram pertinere totius Imperij curas, præcipueq; omnium Sanctarum Dei Ecclesiarum commoda considerare, & omnia eis adversantia sub omni festinantia abolere, ne vel gravi incommoditate vilescant, vel qualibet nacta occasione à pristino cultu & religi-*

one recedant. Quatenus dum hoc pro amore, pariterque timore Dei fideliter peragimus, illorum qui bona sua pro affectu Deo contulerunt, meritis & gloria communicemus. Noverint igitur omnium Christi Imperijque nostri fidelium tam præsens ætas, quam succeſſura posteritas, qualiter dilectus noster Hartvvicus Hammaburgensis Archiepiscopus obtulit Majestati nostræ privilegium Divi & Augustissimi Imp. Hludovici, primi fundatoris & constructoris Hammaburgensis Ecclesiæ, supplicans nobis, ut bona, possessiones, iura, immunitates, terminos, sicut præfatus gloriosissimus Imperator instituit, nos æternæ stabilitatis vigore, prædictæ Ecclesiæ confirmaremus. Nos itaque pia facta prædecessoris nostri clarius intuentes, & divinæ dexteræ opus per manum Christi sui completum debita affectione cordis amplectentes, quicquid in Hammaburgensi Ecclesia statuit, statuimus, quod donavit donamus, & nostra Imperiali auctoritate confirmamus. In memoriam revocantes, omnibus tam futuræ, quam præsentis vitæ fidelibus, quod cella Rodenach vocata, à sanctissimo Imperatore Carolo Magno prænominatæ Ecclesiæ sit donata, & cella Turholt in comitatu Flandriæ sita, donatione Hludovvici Imperatoris ad perennem Hammaburgensis Ecclesiæ jurisdictionem debeat pertinere. Recolimus quoque rem magna veneratione dignissimam, quod in eodem loco trans Albiam Hammaburch nuncupato, idem gloriosissimus Imperator Hludovvicus proprij vigoris Archiepiscopalem, & super omnes Ecclesias Danorum, Sueonum, Norvvegiorum, Farriæ, Gronlandorum, Hallingo-

Fuit hic Hartvvicus quartus à Liemaro seditque annos xx. Vide apud Lindenb. og. scriptorem Histor. Archiepisc. Brem. à p. 54. ad 59.

lingolandonum, Islandonum, Scredevindonum & *omnium Septentrionalium partium, metropolitanam sedem constituit, & ut in futurum omnibus casibus sæpedictæ Ecclesiæ obviare posset, ne quisquam Episcoporum aliquam sibi trans* Albiam *vel alicubi in prædicta parochia vindicare debeat potestatem, certo limite eam circumscripsit. Terminos itaque quos Imperator* Hludovvicus *posuit, & eos quos* Otto *Imperator postmodum ex consilio Principum præfatæ Ecclesiæ designavit, juxta temporum æquam considerationem immutatos conservamus, & nostra Imperiali auctoritate confirmamus; quod sint videlicet termini ejusdem Ecclesiæ ab* Albia *flumine deorsum usque ad* mare Oceanum, *& sursum per Slavorum provinciam usque an fluvium* Pene, *& per ejus decursum usq; ad* mare Orientale, *& per omnes prædictas Septentrionis nationes. Omnes quoque paludes infra sive juxta Albiam positas, cultas & incultas, infra terminos ejusdem parochiæ, sicut ab Imperatore Hludovico positæ sunt, & nos ponimus, ut trans Albiam se & sua ab incursu paganorum securius in his occultari queant. Et ut hæc confirmationis auctoritas sui vigoris perpetuam obtineat firmitatem, præsentem inde paginam conscribi, & sigilli nostri impressione insigniri jussimus, adhibitis idoneis testibus, quorum hæc sunt nomina: Arnoldus Moguntinensis Archiepiscopus, Everhardus Bambergensis Episcopus, Geberhardus VVirzebergensis Episcopus, Albertus Aquensis Præpositus, Gerhardus Magdeburgensis Præpositus. Fridericus Dux*

Sueonum, Chonradus Palatinus Comes de Rheno, Hludovicus Provincialis Comes Thuringiæ, Marquardus de Gumbach.

SIGNVM DOMINI FRIDERICI ROMANORVM IMPERATORIS INVICTISSIMI.

Ego REINALDVS *Cancellarius vice Moguntinensis Archiepiscopi & Archicancellarii recognovi.*

Data Franckenvort XVII. Kalend. Aprilis, Indict. VI. Anno ab subcarnatione Domini Millesimo Centesimo, Quinquagesimo octavo, regnante Domino FRIDERICO *Romanorum Imperatore Augusto, Anno regni ejus VI. Imperii vero III.*

EBONIS
ARCHIEPISCOPI REMENSIS A LVDOVICO PIO IMP. IN EXILIVM PVLSI, A LOTHARIO VERO IMP. RESTITVTI

APOLOGIA.

CVM

EIVSDEM EBONIS AD GENTES SEPTENTRIONALES LEGATIONE

EX

CODICE MSTO BIBLIOTHECÆ JULIÆ

Nunc primum edita.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

EBONIS ARCHIEPISCOPI REMENSIS, A LVDOVICO PIO IN EXILIVM PVLSI; POST VERO PER LOTHARIVM CÆSAREM RESTITVTI APOLOGIA.

Pertinet hæc Apologia ad ea quæ Adamus de Ebone scribit pag. 11. Cap. XXII. lib. I.

IN NOMINE DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI, DEI SVMMI, GLORIOSO IMPERANTE HLODOVICO CAESARE. *Cujus prima regni tempora quamquam valde corruscarent prospera, ultima tamen ejus concussa nimia adversitate, divinam quasi indignationem illam passa, quam de novissimis temporibus vis semper terret Evangelica dicens:* Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium, & insurgent filii in parentes. *Multi deniq; hinc potentes expulsi sunt à patria: Episcopi quoq; alii ve Dei ministri custodias & exilia passi; quidam etiam utriusque sexus nobiles laici ad monasticum habitum compulsi, ut saltim his flagellis cæteri castigatione compuncti, remedia salutis perciperent: aut obdurati, judicia damnationis futura sentirent. Quia quos blanda vitia verat prosperitas, necesse erat ut dira purgaret adversitas, ne ad tartaream vindictam divina ultro sæviret majestas. His etenim manifestis cognitis periculis, Ego Remensis EBO indignus Episcopus, inter cæteros anxios tribus afflictus pressuris, idem sublatis rebus omnibus in ira & custodia oppressus principis, insuper & fessus ægritudine corporis, sancto cum psalmista dicere non erubui:*

hui; Iniquitatem meam annunciabo, & cogitabo pro peccato meo. *Divinis flagellis monitus, si in prosperis legem Domini neglexi, ad ipsam in adversis confugere debui: ita ut si quem per potentiam quondam injuste læsi, hinc in angustiis me lædentem ferre patienter devovi. Si cui etiam aliquid indebite abstuli, ablatis mihi omnibus non contradixi, sed auferenti tunicam etiam & pallium reliqui. Si enim quandoque amicum neglexi, inimicum diligere hinc, & pro persecutoribus orare didici, sicq; humili satisfactione memetipsum accusans, furores persequentium mitigare plus, quam litigare decrevi, sancto instruente* Habraham, *qui inter pericula ablatione uxoris se exuens vim facientibus humiliter cedere magis, quam damnabiliter resistere elegit. Sanctus utique Apostolus nec minus eadem docuit, cum dixit:* Non vos defendentes, carissimi, sed date locum iræ. *Inter divina siquidem verbera B.* Job *non murmurare, sed orare, atque confiteri peccata maluit, cum anxius inter cætera multa lamenta dixit:* Peccavi; quid faciam tibi, O custos hominum? *Quibus nam multimodis patrum animatus & ductus exemplis, eodem mundano impetu compulsus ad tribunal palatinum, non ad synodalem sanctorum conventum, quo violenter non licet trahi, sed magis liberam canonize convocari Episcopum. Contigit tamen me in media multitudine sanctorum adstitisse fratrum, hiemali vexatione diutina ibi afflictorum: quorum pia consolatione recreatus, illa mihi divinitus inspirata sententia caritatis præsto apparuit condolentium, sicut scriptum est: Cum patitur unum membrum, com-*

patiuntur cætèra membra. Quorumq; consilio adjutus, tres mihi, ut ex ipsis elegi secretissimos adjutores, Ajulphum videlicet Archiepiscopum, Badaraldum, Modoinumque Episcopus; cum quibus de Salvatoris nostri institutione, peccatorumq; remissione diligenter contuli, memor evangelici præcepti dicentis: Si offers munus tuum ad altare; & cætera; usque relinque ibi munus tuum ante altare. Hac igitur auctoritate cernens, quia frater quanto magis princeps meus commotus adversum me erat, reliqui munus oblationis meæ ante altare, & summa satisfactione jam dictorum consensu confessorum & fratrum succumbens, propter debitam recuperandi concordiam, inlatas omnes injurias patienter suscepi, & puritate confessionis remissionem peccatorum, veniamque & non condemnationem percipere credidi. Quia superbiam in me judicavi, & necem diabolicam vanam gloriam, ruinam perpetuam mundi hujus, quod est, amatorum mundi noxiam amicitiam, quæ divino testimonio ad Dei pertinent inimicitiam, in me damnavi ut pœnam tartaream, sacra dicente scriptura: Qui amicus fuerit hujus seculi, inimicus Dei deputabitur. Fratris convicium, ut faatue dictum, lege evangelica deputari, ut gehennale supplicium: mendacium quoque vel odium, non minus quam homicidium exsecravi reatum: testante Apostolo: Qui odit fratrem suum, homicida est. Eodem modo mendacium respui, ut scelus pessimum: de quo terribiliter divinitus habetur præfixum: Perdes omnes qui loquuntur mendacium: quo scelere offenditur Dominus, decipitur proximus, perit & ipse

ipse propria nece dolosus. Quibus quidem, aliisque similibus formidolosissimis pestibus territus atque compunctus, non ficte, sed devote corripiente Domino ingemui; qui quos amat arguit, flagellat omnem filium quem recipit; sancto clamante Apostolo. Cum judicamur autem, à Domino corripimur, ut non cum hoc mundo damnemur. *Ne igitur sævientes in me amplius peccarent, Salvatoris nostri evadendi usus sum argumentum; qui inter manus persequentium abscondit se, & exivit de templo. Namque ego periculis imminentibus distuli exire de templo, & secedere à pontificali officio: qui violenter à triennio jam expulsus eram à debito sacrificandi loco. Nam & Apostoli tempore passionis territi, non ritum sacrificandi, sed provida circumspectione abdita tantum loca orationis quærebant latitandi: quia metus fraterna cum discordia, divina rite non celebrat carismata. Etiam & tempus lugendi non exposcit solemnia, sed potius evadendi remedia, dicendo:* Confitebor adversum me injustitias meas Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei. Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore oportuno. *In hoc ergo tempore oportuno si sancti pro remissione peccatorum laborant, peccatores utiq; ad confessionis remedia currere non differant necesse est. Unde & nequaquam noxia sed potius saluberrima habenda est illa confessionis meæ publica inscriptio, per quam certa perhibetur posse fieri peccatorum remissio. Dum lex pœnitentium, quæ à mœrore incipit, ad gaudia me-*

rito consurgit, divina dicente sententia: qui seminant in lacrymis, in gaudio metent. *Neque enim Dominus despicere aut damnare, sed potius sanare atq; erigere contritos corde legitur. Subscriptionem ergo mihi in angustiis nequaquam damnationis, sed potius ereptionis titulo edidi, quam non convictus, sed valde districtus protuli. Melius hic inferendam ad notationem publicam providi in testimonio veritatis, nec vita aut minuata maculetur alicujus æmuli quandoque mendaciis: ut & quod tunc secreto gestum est ereptionis argumento, hinc jam publico ubiq; discutiatur ab omnibus veræ caritatis judicio. Dum nullum ibi certum damnationis præfigitur crimen: nullatenus ullum possit ultra pati confessionis discrimen. Non noxia ergo, sed valde proficua habenda est talis subscriptio, quæ furores persequentium mitigavit, hiemales anxias vexationes fratrum porrecta lævigavit, me etiam ab ira sævientium eripuit. Insuper & secundum sanctarum scripturarum auctoritatem mihi confitenti remissionem porrigit peccatorum, si perseveravero divinitus castigatus in emendatione morum. Scripsi utique, in quo apud Dominum non corrui, sed potius humili satisfactione convalui, & hæc ita vim facientibus edita obtuli: quia certus sum, & scio, cui credidi, dicens:* EGO EBO indignus Episcopus recognoscens fragilitatem meam, & pondera peccatorum meorum, testes confessores meos *Ajulfum* videlicet Archiepiscopum, *Badarandum* quoque, nec non & *Modoinum* Episcopos constitui mihi judices delictorum meorum, puramque ipsis dedi confessionem,

nem, quærens, remedium pœnitendi, & ſalutem animæ meæ, ut recederem ab officio & miniſterio pontificali, quo me recognoſco eſſe indignum; alienumque me reddens pro reatibus meis, in quibus me peccaſſe ſecrete ipſis confeſſus ſum: eo ſcilicet modo, ut ipſi ſint teſtes alii ſuccedendi & conſecrandi, ſub rogandique in loco meo, qui digne præeſſe & prodeſſe poſſit eccleſiæ, cui hactenus indignus præfui; & ut inde nullam repetitionem, aut interpellationem auctoritate canonica facere valeam, manu propria ſubſcribens firmavi. *Si quis vero per hanc ſalutarem in preſſuris repertam conſcriptionis formam me damnandum decreverit ſimiliter, & in omnibus ſcriptis meis me opprimere poterit, in quibus nunquam me juſtifico, ſed ſemper* indignum Epiſcopum *ſcribens ubiq; denuntio. Nec tamen me in hoc eadem ſubſcriptione ullus violatorem aut mendacem deprehendere poterit, quia nemo ibi poſtea utilior præfuit; ſed ſeptenni ferme ſub pœnitentiæ ſpatio, quo ſancta in Eccleſia peccatorum pœnitentibus fieri ſolet remiſſio, patienter exſpectans, & nemini conſecrationis ibi dignitatem impedivi.* Nolite *ergo, dicente Domino Deo noſtro,* condemnare, & non condemnabimini. In quo enim judicio judicaveritis, judicabimini. *Conſcriptio itaque hæc diverſis neceſſitatibus, id eſt, delictorum & perſequentium occaſione confecta, ſi adhuc ſcandalizanti alicui ſcrupulum generat, univerſam ibi, quæſo, verborum rationem diſcutiat. In qua certo crimine invento, unde canonica rite ſequitur damnatio, juſte,*

precor, & non livide judicet proximo; dumque se æstimat stare, videat ne cadat. Quia lividus judex festucam in alterius quærens, trabem in suo nequaquam sentit oculo. Luce clarius namque canonica fulget auctoritas, quod sicut sine certo crimine nunquam dejcitur Episcopus, ita nec absolutione spontanea, quanto minus violenta, alterius sub custodia non licet recedere Episcopum sine eorum præsentia, & consensu civium subditorum. Prævalet ergo in omnibus his ecclesiastica repetitio supra quascunque alias adinventiones violentas aut libitas, suo magis, quam Iesu Christi quarentia. His itaque explicitis, canonicæ restitutionis palatinis summis negotiis, comprovincialium receptionis auctoritas solenniter roborata. VIII. Idus Decembris extitit principali in Ecclesia & sancta sede Remensi, obviam ibi occurrentibus cunctis diœceseos præsulibus aut concivibus inclytis, à longe ecclesiastica hac publica necessitate vel utilitate promotis, quibus veniendi impossibilitas sola non restitit, generali conventu congratulationis hanc subscriptionem publicam concordi unanimitatem celebratam priscorum patrum exemplis edocti rationabiliter ediderunt. Hæc ita scribendo omnes subternotati antistites unanimiter præfigentes sanxerunt: dum non habetur incognitum quod à pluribus videtur esse compertum, qualiter Ecclesia hæc maxima Galliarum sub regimine Francorum diversis perturbationibus ac discordiis principum his temporibus agitata vexatur. Unde & plurimi Episcoporum vi propriis sedibus expulsi, aut timore derelictis gregibus, diversis in partibus exulantur. Inter quos etiam EBO Archiepi-

chiepiſcopus Remenſis Eccleſiæ, raptus à propria ſede principum indignatione violenter in exilio ductus eſt. Vnde & reductus ſub cuſtodia, ut periculum imminens evaderet, & furores perſequentium mitigaret, redimendo tempus, ut meliori ſe tempori reſervaret, cum conſenſu Epiſcoporum pontificali ſeceſſit â miniſterio: dum inter errores & diſcordias ratio non ſinit immolare victimas, dicente Domino: Si offers munus tuum ad altare, & recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid adverſum te, relinque munus tuum &c. *Poſtquam vero Deus Eccleſiæ ſuæ tranquilliora tempora reddidit, placuit Principibus & magiſtris eccleſiaſticis ut idem paſtor ad debitum ovile reverteretur & oves, quas compulſus reliquerat, tuendas iterum reciperet. Quibus eccleſiaſticis debitis negotiis Ego* Teudericus *Camaracenſis Epiſcopus adſenſum canonice præbens, ſicut prius de illius diſceſſu compatiendo dolui, ita & modo ipſius de reverſione congaudens, conſtitutionibus has ſeniorum & fratrum roborando ſubſcripſi quia talia ſæpe contigiſſe & in aliis geſtis eccleſiaſticis legi.* Hrothadus *Sueſionicus Epiſcopus hæc ita ſimiliter roboravi.* Hildemannus *Baluacenſis ſimiliter.* Lupus *Catillonenſis ſimiliter.* Ragenarius *Ambionenſis ſimiliter.* Erpuvinus *Silvenectenſis ſimiliter.* Folcoinus *Taravicenſis ſimiliter.* Immo *Noviomacenſis ſimiliter. Iuſte ergo judicantur omnia irrita, quæ non fuerint auctoritate canonica evidentius undiq; fulta. Fidiſſimus denique tot talibusque præſidiis eccleſiaſticis hæc mihi ſalutis præſentia & æterna quæſivi remedia; tum nimis tacendo in tempore loquendi, ni-*

misque

misque loquendo in tempore tacendi. Inter cætera memetipsum noxia reprehendi contagia, divinam majestatem implorans, ut ponat ultra custodiam ori meo, & ostium circumstantiæ labijs meis: ne declinet cor meum in verba malitiæ ad excusandas excusationes in peccatis, sed corripiet me justus semper in misericordia. Cum enim nec justum, nisi in misericordia corripere, finit divina potentia, quomodo peccator peccatorem damnare licite poterit divina sine vindicta. Dominus utique dominantium meretricem legalibus pœnis dignam, non nisi sine peccato quemquam damnare adquievit: quo pietatis exemplo compunctum corde, non mortificare, sed misericordiam magis quam sacrificium velle monstravit. Publicanum quidem se ipsum accusantem non condemnavit, sed magis justificavit: nec oppressit, sed extulit, cum non dixit: qui se humiliat condemnabitur, sed exaltabitur. Semivivum similiter prostratum non respuit, sed procurandum sanctis stabulariis, ligandi solvendique potestatem habentibus commisit, & super divina accepta denariorum reparandi munera compassione propria condolere proximo mercedis lucro commonuit, dicens: Quodcunque supererogaveris, ego, cum rediero, reddam tibi. Davidica quippe compunctio momentanea, non dejectionem, sed recuperationem meruit, sancti quoque Apostoli de promissa ac mentita in passione perseverantia, post resurrectionem vero de stultitia & incredulitate, vel cordis duritia, increpati: Petri etiam negatio contritione cordis purgata, nequaquam damnatos, verum etiam correctos, pristinisque dignitatibus restitutos, non solum

lum celebrat, sed potius de reparatione lapsorum imitando gloriatur ubiq; gavisa sancta Dei Ecclesia. Moderna equidem auctoritate palatina compulsi in angustiis ad monasticum pœnitentis habitum utriusq; sexus laici: itemque pace reddita redisse ad statum seculi pristinum manifestissimum est. Quo in ritu nullum esse dedecus constat, si offensus clericus post humilem satisfactionem suum debitum clericatum recuperat. Igitur tam manifestis novi ac veteris Testamenti divinis nobis ostensis beneficiorum exemplis, ad jam dictam vulgo notam satisfactionem humilem me devotus obtuli: eo quod recuperationem magis, quam damnationem unquam ab initio semper humilis meruit satisfactio. Post quam vero persecutionem succedente offensi Principis glorioso hærede Hlothario Cæsare, nox mihi ecclesiastica restituta est concordia, & vacantem ecclesiam, quam quondam violenter amiseram, inveniens, non præsumtive, sed repetentibus sanctis ibi ordinibus debite, septennem fere post satisfactionem, recepi; adsistentibus cum Principe magnificis Præsulibus plurimis, quorum auctoritate omnium revocatus, hanc adnotationem futuris temporibus recitandam, scriptis his memorabilibus in universa catholica Dei Ecclesia manifestum fieri placuit, & siniſtras opiniones falsorum fratrum hac certa veritate prolata delere, sanctis verisque fratribus in his omnibus satisfacere decuit, plus de gratia recuperationis congaudere, quam de nequitia damnationis dolere suggerens, sicut oportuit festiva hæc restitutio Deo dignis posteris procuravit.

LEGATIO EBONIS ARCHIEPISCOPI REMENSIS AD GENTES SEPTENTRIONALES A PASCHALI PAPA SVSCEPTA

AVtenticis per ordinem ſuccedentium trium Apoſtolicorum roboratis *privilegiis*, Paſchalis *ſcilicet*, Eugenii *ſive* Gregorii *ſanctæ Romanæ ſedis præſulum hoc legationis Chriſti exemplar editum cunctis Eccleſiæ catholicæ filiis porrectum atq; præfixum, opem ferentibus, felicitatis negotium; impedientibus autem terribile damnationis judicium, ſi ligandi ſolvendiq; apoſtolicæ dignitatis verum Dei eſſe poteſt teſtimonium dicentis:* Quodcunque ligaveris ſuper terram, *& reliqua. Inſuper verò* quod uni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis; ut qui ſcandalizaverit unum de puſillis; *vel cætera, mundo ſuperbientibus divinitus vulgata tormenta. Piis tamen benignisq; mentibus hæc ita conſcripta, per* ordinem firmavexunt inviolabilia jura apoſtolica.

LITERÆ PASCHALIS PAPÆ AD OMNES CHRISTIANOS DEO FIDELES.

Refer ad cap. XIV. lib. 1. pag. 87. ubi expreſſe eas citat Adamus; tum c. 18. ibid. & pag. 19.

PAſchalis *Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, univerſis ſanctiſſimis fratribus, coëpiſcopis, presbyteris, ſeu cæteris eccleſiaſticis ordinibus glorioſoſiſſimisq; Principibus, Ducibus, ſive magnificis Comitibus, & cunctis Chriſtianis Dei fidelibus. Cum religioſiſſimum conſtet curam ac ſollicitudinem erga dominicum gregem gerere, quem divina diſpenſatione ſuſcepimus gubernandum, atque cœleſtia pabula ſalubri communicatione ſubminiſtrandum, maxime his, qui in com-*

in competis & pagis sub principe tenebrarum callida suasione persistunt, & vitam viæ ignorantes devij, non quæ sursum sunt, sed quæ deorsum, stultæ instigatione perquirunt. Sed quia in partibus Aquilonis quasdam gentes consistere, quæ nec dum agnitionem Dei habere, nec sacra unda baptismatis sunt renati, sub umbra mortis existere, & magis creaturæ quam creatori ignari mente servire cognovimus: Idcirco præsentem reverendissimum fratrem ac coëpiscopum nostrum EBONEM, sanctæ Remensis Ecclesiæ necessarium, cum consensu fidelium Dei, duximus illis in partibus pro intimatione veritatis dirigendum: quatinus auctoritate beatorum principum Apostolorum Petri ac Pauli nostra fraterna vice informatus, ante corpus & confessionem ipsius Apostolorum Principis evangelizandi publica auctoritate liberam tradidimus in omnibus facultatem, ut verbum vitæ viamq; salutis ubiq; prodideat, & fidei normam cœlesti educatione confirmet, atque Apostolicæ institutionis doctrinam omni diabolico errore depulso viva voce corroboret, & si fortasse ad hoc divinum pertinens officium aliquid dubium emerserit, ad sanctam Dei Catholicam atque Apostolicam Romanam Ecclesiam recurrendo semper, & ex ejus hauriet purissimo fonte latices, unde & à cordibus mortalium divina interveniente gratia noxis emundare possit errores. Collegam deniq; huic divinæ administrationis legationi ei providentes, HALITGARIVM religiosum adjcentes ministrum constituimus, quatinus ad sedem Apostolicam oportuno valeat tempore decredito negotio facilius præstante Domino intimare, & nun-

quam se in qualibet parte huic nostræ auctoritatis ministerio commisso negligere. Cui coram districto judice inde rationem reddere, & de destituto ministerio pœnas recipere sempiternas, non dubium esse præfigimus. Pro quo omnes exhortantes unanimiter commonemus ob amorem omnipotentis Dei, & Domini nostri Iesu Christi, atq. Apostolorum ejus venerationem; ut in omnibus necessitatibus legationis hujus totis viribus eis solatiari certetis, & in nomine Domini nostri Iesu Christi, sicut scriptum est, recipere debeatis; Qui vos, inquit, recipit, me recipit; & qui vos spernit, me spernit. *Et iterum:* Quod uni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. *Vnde magis magisq. commonemus, ut provida devotione, & largo caritatis affectu, puraq. mente, ac sincera intentione, quæque itineri hujus necessaria prospicitis, pia benignitate pro viribus succurrere non renuatis; ut pro certo hujus pietatis opere participes apud Dominum dignæ retributionis meritum percipiatis, sive in cœlesti descriptione hujusmodi pro compensationis munere in consortio sanctorum connumerari valeatis. Si quis vero huic Dei officio ad intiminationem gentium à sancta catholica & Apostolica Ecclesia pio consultu ecclesiastico, destinato adsensum vel auxilium præbuerit, per interventionem beatorum Apostolorum, martyrum quoque atque sanctorum omnium in cœlestibus gaudiis talibus pro meritis mereàtur adscribi. At vero si quis, quod non optamus, contrarius adversator, huic divino cultui institerit, vel in quoquam præpedire conatus fuerit; his, vel cooperatoribus eorum, ad hoc peragendum*

gendum miniſterium temerator extiterit, & divina juſſione & Apoſtolica auctoritate, anathematis vinculo puniatur, & perpetua condemnatione reus, diabolica ſorte damnetur. *Similiter auctoritate hujus Apoſtolici privilegii adjunctus eſt huic legationi ANSKARIVS Epiſcopus cum ſociis ſuis, confirmatione Eugenii ſequentis Papæ; quos ſuccedens & Gregorius præſul eadem roboratione † auſit, & Simonem Archiepiſcopum cum ANSKARIO pontificali pallio pariter decoratos, in Archiepiſcopali dignitate * ſi non temporaliter opulenti, ſpiritaliter tamen roborati, verbum Domini gentibus porrigentes, decus divinum in ipſis vigeret † [ſublimi uſque] corruſcaret in omnibus.

* Hæc & ſuperiora illa, literis Papalibus præmiſſa ut in MSto. Diplomati adſuta legun-tur, ſic exhibere etiam hic una volui.
† forte *fulſit* legendum.
* deeſt *conſtituit, ut*, vel ſimile
† forte *ſublimiter, atque.*

Ex annalibus incerti AUCTORIS, A LINDENBROGIO editis, & circiter annum Domini 1288 conscriptis, brevis quasi repetitio eorum, quæ ab Adamo sunt prolixius memorata.

Pag. 280. edit. Francof. 1609.

Anno DCCLXXXVIII. *fundata est Ecclesia Bremensis & ibidem Episcopus constituitur* VVillehadus, *& duobus annis sedit.*

Anno DCCXCVII. *Karolus venit in locum Albiæ, qui ab eodem ejus adventu* Karlesstandt *dicitur.* VVillericus *in* Brema *fit Episcopus & sedit annis* L.

Anno DCCCX. *fundata est Ecclesia Hammenburgensis.*

Anno DCCCXV. Lodevvicus *Karoli filius regnat. Beatus* Anscharius *claruit.*

Anno DCCCXXXIII. Anscharius *Hammenburgensis Ecclesiæ Archiepiscopus ordinatur, & ibidem* metropolis *omnium aquilonarium regionum constituitur.*

Anno DCCCXL. *Normanni* Hamburg *cremaverunt omnibus consumtis, &* Anscharius *vix evasit.*

Anno DCCCXLI. Lodevvicus filius Lodevvici *regnavit* XXXVI. *annis, & fratres quatuor regnum diviserunt.* Lotharius *cum nomine Imperatoris possedit Italiam,* Lothevvicus *Germaniam*, Pipinus *Aquitaniam*, Karolus *Galliam.* Anscharius *Ramensloënsem fundavit Ecclesiam, in possessione cujusdam matronæ.*

Anno

Anno DCCCXLIV. Leudericus *Bremenſis Eccleſiæ Epiſcopus obiit.* Anſcharius *ei ſucceſſit. Nam* Nicolaus *Papa Bremenſem Eccleſiam à Colonienſi exemit, & eam cum Hammenburgenſi adunavit, ibique Anſcharius annis* XVIII. *ſedit. In Hammenburch autem* XVI. *annis. Statim Anſcharius* Slesvvic *fundavit, & multos Danorum convertit.*

Anno DCCCLV. *Beatus* Anſcharius *obiit, qui annis* XVII. *poſt compoſitionem ſuæ & Bremenſis Eccleſiæ vixit.* Reimbertus *Diaconus ejus ſucceſſit.*

Anno DCCCCIII. Slavi *Hammenburgenſem Parochiam deſtruxerunt.*

Anno DCCCCVI. Otto *magnus filius Henrici regnat.* Vnni *Archiepiſcopus obyt, cui* Adeldagus *ſucceſſit.*

Anno DCCCCLXI. Otto *rex coronatur Romæ à* Leone *Papa in Imperatorem,* Adeldagus *Epiſcopus rediens de Italia,* Benedictum *Papam ab Ottone depulſum ſecum duxit, qui in Hammaborch permanſit. Qui cum eſſet Romanis poſcentibus reducendus, apud Hammaborch in pace quierit,* IV. *Nonas Iulij.*

Anno DCCCCLXXXVIII. Adeldagus *Archiepiſcopus obyt. Cui ſucceſſit* Libentius.

Anno M. I. fundata eſt Eccleſia Herſefeldenſis *à Comite* Henrico.

Anno MXIII. Libentius *Archiepiſcopus obyt. Cui* Unvvanus *ſucceſſit, qui Eccleſiam Hammenburgenſem penitus deſolatam renovavit, Canonicis ibidem inſtitutis.*

Anno

a Nepos hic fuit alterius Libentii. Vide supra pag. 73.

Anno MXXXII. Libentius *Archiepiscopus obijt, cui* Hermannus *successit, & vix sedit tribus annis.*

Anno MXXXV. Hermannus *Archiepiscopus obijt; cui* Bezelinus *cognomento* Alabrandus *successit.*

Anno MLI. Albertus *Archiepiscopus fundavit Ecclesiam B. Pauli juxta Bremam de bonis quæ hospitali pertinebant. Item Sanctorum VVillehadi & Stephani in* Sullenberghe, *cujus fundamenti vestigia adhuc apparent in eodem monte.*

Anno M.LXVIII. Albertus *Archiepiscopus curiæ Imperiali, à qua alienatus fuerat, restitutus, Archiepiscopatui suo, duodecim Episcopatus facere disposuit, absque his, quos in Dacia habuit. Primum in* Palmis, II. *in* Hilegenstat, III. *in* Racisborch, IV. *in* Haldenborch, V. *in* Mikelenborch, VI. *in* Stadio, VII. *in* Lismona, IIX. *in* VVildeshusen, IX. *in* Brema, X. *in* Verda, XI. *in* Ramsola, XII. *in* Fresia. *Sed in* Hammaborch *Patriarchatum efficere cogitabat.*

Anno M.LXXVI. Albertus *Archiepiscopus obijt; cui* Liemarus *de Bavaria successit. Item* Hammaborch *incensa & vastata est, & Pagani Nordalbingiam libere possederunt.*

INDEX

INDEX RERUM IN ADAMO MEMORABILIUM COPIOSUS.

A.

ABELINVS *Episcopus Aldinburgensis* 97.

Abyssi *vorago* 160.

Acilinus *Suediæ Episcopus* 151.

Adalbertus *primus Archiepisc. Magdeburg.* 47.

Adalbertus *illustris Boëmorum Episc.* 147.

Adalbertus *Subdiaconus Ecclesiæ Bremensis 75. fit Archiepiscopus 83. Eius laudes 84. ædificat Ecclesiam 86. Odium eius in Bernhardum Ducem 87. à Cæsare consiliis omnibus adhibetur 88. Expeditiones eius in varias regiones. Ib. Pax cum Ducibus 89. Præposituræ ab eo factæ. Ib. Legationes ad reges Aquilonis 90. Epistolæ commonitoriæ ad Episc. ibidem 90. Increpat regem Danorum. Ib. Conciliatur eidem 95. Hortatur eundem & Slavorum Ducem ad constantiam in fide 97. Eius cura pro Ecclesia 99. Amor in Ecclesiam Hamburg 100. Prudentia & felicitas 102. fastus & inflantia 113. Cogitat subiicere sedi suæ XII. Episcopatus. Ib. Declaratur Consul imperii 104. Eius & Annonis Coloniensis comparatio 105. Vitæ institutum 107. Solus imperii habenas tenet 114. Curia expellitur 115. Vix Domini titulum retinet. 116. sedet Bremæ privatus. 119. Eius querelæ. 122. rapinæ. 123. restituitur pristinæ dignitati 124. Imperatori semper adhæret. 125. Laureſſam & Corbeam frustra expetit. 125. Signa mortis eius. Ib. Mores eius circa finem intolerabiles. Ib. Magicis inservit artibus. 126. Prodigia mortem antegressa. 127. cupit Hamburgi sepeliri. 130. Goslariæ moritur. Ib. Eius ultima suspiria. 131. Dictum superbum. Ib. Visio. 132. Compunctio. Ib. desiderat monachus fieri. 133. vocat se Evangelistam quartum gentium Septentrionalium. 134. liberalitas eius. Ib. Ordinatio Episc. in Septentrionis provincias. 135. 137. 140. Literæ ad Roschildensem Episcopum. 136.*

Adaldagus *Archiepiscopus. 41. Eius in Ecclesiam studium. 42. 44. primus ordinat Episcopos in Daniam. 43. Studium eius in gentium conversione. 44. proficiscitur cum Imp. in Italiam. 45. revocatur. 46. ducit secum Benedictum Papam. Ib. reliquias SS. distribuit per parochias. Ib. fundat cœnobia. 47. Xenodochium Bremæ reditibus auget. Ib. Ordinat Episcopos in Daniam & alia loca. 53. moritur. 47.*

Adalgarius *Monachus Corbeiæ. 33. fit Archiepiscopus. Ib. iniuria afficitur ab Hermanno, Colonienſi. 34. suscipit Hogerum & alios in adiuterium. 35. moritur. Ib.*

Adalvvardus *Sueonum Episc 93. 151. totæ Scritifinniam Christo lucratur.* 93.

Adalvvardus *Iunior Sictonæ Episc.* 154.
Adalvvardus *Ferdensis Episc.* 41.
Adelrad *Angliæ rex.* 56. *Ethilredus dicitur p.* 67. *vitam cum regno amittit.* 68.
Adolini & VVigderi *pugna.* 34.
Adrianus *Papa.* 12.
Æstus *maris.* 160.
Agapetus *Papa.* 43.
Agnes *regina, mater Heutici IV. III.*
Alaburg *civitas Danorum.* 155.
Alani *vel* Albini. 148.
Albericus *VVendilæ Episcopus.* 136.
Albis *fluvius Saxoniæ maximus.* 6. *eius origo.* 51.
Aldenburg *Slavoniæ Episcopatus subiicitur Episcopo Hamburg.* 48. *Eius Episcopus primus Edvvardus.* 48. 54. *deinvvego. Ib. vastatur à Slavis.* 62.
Alebrandus *Archiepisc vide* Bezelin 9.
Alexandri *Papæ literæ ad Haroldum Norvvegiæ R.* 94. *ad Episc. Daniæ.* 136.
Alfardus *martyr.* 119.
Alstra *rivus.* 100.
Amazones. 147. 152.
Ambergon *prædium.* 113.
Amundus *Svediæ rex* 20. *regno pulsus persequitur Christianos. Ib.*
Anatrog *VVinulorum princeps.* 74.
Anglia *Danis subiecta.* 53. *separat se à regno Danorum.* 91. *occupatur à VVilhelmo Bastardo.* 118.
Anno *Colonienſis Archiepisc.* 104. *Declaratur cum Adelberto Consul Imperii. Ib. Eius cum Adelberto comparatio.* 185. *Cognatus & amicos exaltat. Ib.*
Ansgarius *Scriptor vitæ S. VVillehadi.* 15. *in Dania & Sveonia prædicat Evangelium.* 17. 18. *ordinatur primus Archiepisc. Hammaburgensis. Ib. martyrum reliquias per diversa loca distribuit.* 20. *legationem sibi creditam fideliter exsequitur. Ib. Rembertum adoptat in filium.* 21. *vix nudus ex Hamburg evadit. Ib. Turholt amittit.* 22. *Ramsolam accipit à quadam matrona Ikia. Ib. Ex ea Nordalbingos in fido reformat. Ib. mittit prædicatores in Daniam & Sveoniam. Ib. Accipit Episcopatum Bremensem.* 23. *Convertit Horicum regem Danorum. Ib Erigit Ecclesiam in Sliasvvig. Ib. Venit in Sveoniam & ibiquoq; erigit Ecclesiam.* 24. *Constituitur legatus & vicarius Apostolicæ sedis.* 25. *exstruit apud Ripam Ecclesiam in Dania secundam. Ib Fresos pro labore Dominicæ diei castigat. Ib. Congregationum suarũ curam habet.* 26 *Hospitalia multis locis constituit.* 26. *captivos redimit. Ibid. Epistolas ad diversos reges & Episcopos scribit.* 27. *moritur. Ib.*
Ansverus *monachus lapidatur in Razisburg.* 116.
Anthropophagi 148.
Anulo & Sigafrid *de regno Danorum contendunt.* 17.
Anund *F. Olaph. Svediæ regis, dictus Iacobus.* 71. *patri succedit in regno.* 78. *sub eo Christiana religio in Svedia late diffusa.* 78. *moritur.* 91.
Anund *F. regis Svein veneno periit.* 92.
Arhusa *sedes Episcopalis in Iutland.* 43. 139. *deficit rursum.* 64. *incenditur à Nordmannis.* 91.
Aristo *Episcopus Razisburgensis.* 97.

Arnulphus *Imperator. 33. gravibus prælis ad internecionem delet Nordmannos. Ib. vivus à vermibus consumitur. 34*
Ascomanni *piratæ, 57. dicti alias VVitingi. 141. regi Danico tributum solvunt, ut ipsis prædari liceat. Ib. Saxonum totam obterunt virtutem. 57. Obtruncantur. 58. rursum insperato omnia vastant. 80.*
Asgotus *Norduvegiæ Episc. 137. multas Christo lucratur animas. 156.*
Audbertus *cum Ansgario in Dania prædicat.*
Auguria *Saxonum. 8. 9. Nordmannorum. 69.*
Aula regia *fugienda velut secundaria Idololatria. 120.*
Avoco *Episcopus Selandiæ. 73.*

B.

Baldvvinus, *Otto, Gotafridus, turbatores pacis publicæ. 102.*
Balthicum mare. *39. Eius natura. 143. longitudo & latitudo. 144. traiectus brevis inter Sconiam & Seland. 61. soliti ibi reges navali confligere bello. Ib. Insulæ sinus illius. 145.*
Baptismus *Danos simul liberat infirmitate corporis. 23.*
Bardi, *vicini Suevorum. 6.*
Bardo *Moguntinus Archiepisc. 102.*
Bastardus, *vide VVilhelmus.*
Bellum *inter Circipanos & Tholosantes. 97.*
Benedictus *Papæ deponitur ab Ottone M. & Hamburgi in exilio moritur. 46.*
Benedictus, *Gratianus & Silvester, deponuntur ab Henrico III. 88.*
Benno *Saxoniæ Dux, Hermanni F. 52. Ascomannos superat. 57. graviter affligit populum Slavorum. 64. obit cum Ludgero fratre. Ib.*
Bern *F. VVolff Ducis Anglorum. 68. obtruncatur ab Haroldo Norvvegiæ rege. 91.*
Bernardus *Saxonum Dux. 65. VVinulos opprimit. Ib. Henrico Imp. rebellat. Ib. fit huic supplex ad Schalchinburg. 66. habitat in Hamborg. 71. capit Ducem Slavorum. 74. Domum exstruit in Hamborg. 78. interest colloquio Archiepiscopi cum Daniæ rege. 80. Dicterium eius in Adelbertum Archiepisc. 87. Odium in eundem 100. 109. Novum castellum erigit in Hamborg. 100. in Frisiam proficiscitur. 110. Visio eius. Ib. Obitus. 111.*
Bernarius *Episc. Mindensis. 35.*
Bernarius *Episc. Osnaburgensis cum priore datus adiutor Adalgario Archiepisc. 35.*
Bernarii *Ferdensis Episcopi contentio de Ramsola finita. 64.*
Bezelinus *cognomento Alebrandus Archiepisc. 76. ordinatur à suffraganeis & aliis. VII. Episc. in Hamborg. Ib. laudes eius. Ib. Claustrum ædificat, & Canonicis mensam primus instituit. 77. Bremam muro firmare pergit. Ib. Principes Slavorum milites habet. 78. Ordinat diversa in loca Episcopos. Ib. restaurare nititur Bremensem Ecclesiam incendio deletam. 82. à Schirmbeke Bremã nudis pedibus accedit. Ib. moritur. 83

Biorn *Rex Sveonum.* 18. *Benigne suscipit Ansgarium verbum Dei prædicantem. Ib.*

Birca *opidum Gothorum.* 39. 145. 148. 150. *in solitudinem redacta-* 152.

Biso *Padarbarnensis Episcopus.* 35.

Blascona *Orchadum civitas.* 156.

Bonifacius *Italorum Dux.* 102.

Bonifacius, *qui & VVinifridus Teutonum Apostolus.* 10. *dividit eorum provincias in Episcopatus.* 11. *martyrio coronatur à Fresonibus. Ib.*

Bono *Corbeiensis Abbas.* 30.

Bono *Episcopus.* 137. *ter se Hierosolymam accessisse iactavit. Ib.*

Brema *Coloniæ suffraganea.* 24. 34. *donatur immunitate ab Ottone M.* 42. *muro cœpit muniri.* 58. 76. 77. *aggere firmatur.* 65. *porta grandi & firmissima turri exornatur. Ib. instar Romæ celebrata, ab Aquilonaribus visitatur populis.* 99. 135.

Bremensis Ecclesia *fundatur.* 13. *Confertur B. Ansgario.* 23. *copulatur Ecclesiæ Hamburgensi.* 24. *grande in ea miraculum.* 37. *incendio pene deletur.* 81. *magnum accipit damnum.* 115.

Britannicus *Oceanus.* 143.

Briximon. 26.

Bromstede *curtis Ecclesiæ Bremensis.* 132.

Brun *Dux à Nordmannis occisus.* 29.

Bruno *Archiepisc. Colonienſis contra Bremam veterem instituit querelam.* 44. *redit in gratiam cum Adelberto. Ib.*

Buckin *cœnobium à Rimberto fundatur.* 32. *eo transferuntur Ecclesiæ Bremensis thesauri metu piratarum.* 58.

Burgvvido *facit duellum contra campionem Slavorum.* 49.

C.

Carolus *Rex bellum cum Saxonibus per* xxx. *annos gerit.* 10. *mittit VVillehadum in Saxoniam.* 11. *Saxoniam subactam divisit in* 11x. *Episcopatus.* 12. *Fundat Ecclesiã Bremensem. Ib. Hamburg, extructa ibidem Ecclesia, Heridago committit.* 15. *Eidem donat cellam Rodnach.* 16. *bellum suscipit cum Gotafrid Danorum rege.* 16. *Daniæ terminum ponit fluvium Egdoram. Ib. moritur. Ib.*

Carolus *Ludovici Pii F. Galliam sortitur.* 22.

Canonici *quando cœperint licentius vivere.* 82.

Chive *metropolis Ruszie.* 51.

Chizzini *gens Slavica.* 50. *ad Hamburgensem diœcesin pertinent.* 96.

Christianus *Arhusæ Episcopus.* 136.

Christianitas *in Dania turbata.* 54.

Circipani, *cum reliqua VVilzorum gente, de nobilitate contendunt.* 97. *pacem indipiscuntur.* 98.

Clausula *Epistolæ S. Ansgarii.* 27.

Clemens *Papa, ante Svidigerium.* 75. 88.

Colloquium *Cæsaris & regis Daniæ in Luneburg.* 117.

Colonia *obsidetur à Normannis.* 21. *incenditur.* 29.

Colse *stagnum.* 49.

Comitatus : *Bernhardi & Ecberti.* 101. *Udonis.* 113.

Concilia : *Moguntinense.* 102. *Triburiense.* 115.

Conju-

Conjugia *clericorum damnata.* 102.
Congregationes *à S. Ansgario institutæ.* 26.
Conradus *Francorum Dux Rex eligitur.* 36. *Vuni offert virgam pastoralem.* 37.
Conradus II. *Imp.* 67. *Polanos domat. Ib. cum Knut Dano pacem facit.* 69. *filiam eius Henrico filio suo deposcit uxorem. Ib. Dat ei Sliasvvich cum Marchia infœdus amicitiæ. Ib. Filio suo filiam Knut accipit uxorem.* 74. *Italiam ingreditur. Ib. VVinulos domat. Ib. moritur.*
Corbeia *nova fundatur à Luthevvico Imp.* 17. *subditur Archiecclesiæ Hamburgensi.* 112.
Cruces *Bremæ lacrymas sudarunt.* 127.
Curlandiæ *descriptio.* 146. *Omnia ibi plena auguribus & nicromanticis. Ib. à toto orbe ibi responsa petuntur, Ib. Ecclesia ibi facta studio mercatoris. Ib.*
Cyclopes. 152.
Cynocephali. 148. 152.

D.

Dacæ *Svevis confines.* 6.
Daganus *tertius Magdeburgensis Episcopus.* 64.
Dania *tota in insulas distributa.* 238. *Eius situs & natura. Ib. terminus fluvius Egdora constituitur à Carolo M.* 16. *subiicitur Ottoni Imp.* 43. *Episcopos accipit ab Archiepiscopo Hamburgense. Ib.*
Dania cis marina *in tres dividitur Episcopatus.* 43. 139. *ad duos Episcopatus revocatur. Ib.*
Dani, *vocantur ab Historicis Francorum Nordmanni.* 16. *reposcunt partem Fresiæ, quasi sui iuris.* 17. *Fresiam sibi subiiciunt.* 30. *delentur ad internecionem usque ab Arnulpho.* 33. *Saxones magno terrore quassant.* 38. *legatos Ottonis Imp. cum Marchione obtruncant.* 42. *vincuntur à Saxonibus.* 43. *Illis Christianitatem primus indixit Haroldus.* 55. *pro imperio certant contra Nordmannos.* 69. *mulieres constupratas vendunt.* 141. *nihil utile in legibus habent. Ib. à lacrymis & planctu abhorrent. Ib.*
Daniæ *reguli.* 28.
Daniæ reges: *Gotafrid.* 16. *Hemming. Ib. Sigafrid & Anulo.* 17. *Reginfridus & Haroldus. Ib. Horicus.* 23. *Horicus Iunior.* 24. *Sigfrid cum fratre Haldan.* 28. *Heiligo.* 34. *Olaph. Ib. Ebnob & Gurd. Ib. Sigerich. Hardegon. Ib. Gvvrm.* 39. *Haroldus.* 43. *Svenotto, sive Svein.* 54. *Hericus Danorum simul & Sveonum rex.* 59. *Svein iterum.* 61. *Knut, rex Daniæ & Angliæ.* 67. *Item Norvvegiæ.* 71. *Hardeknut. Daniæ & Angliæ Rex.* 79. *Magnus, Daniæ simul & Norvvegiæ rex. Ib. Svein.* 90. *Idem is, à quo auctor tam multa se didicisse passim fatetur.*
Decius, *vel potius* Dedo, *Comes Palatinus, frater Adalberti Archiepisc.* 120.
Deluunder *silva.* 48.
Deluunda *fluvius. Ib.*
Demin *civitas in ostio Peanis fl.* 51.
Dii *Saxonum.* 8. 9. *Sveonum.* 152.
Dispargum. 10. *Duiborg dicitur.* 124.
Driades *Germaniæ populi.* 70
Drogo *Metensis Episc.* 18.

E.

Ebo *Remensis Archiepisc. legationem suscipit ad gentes. 17. 18. 246. datur in adiutorium Ansgario. 19. pro se dat Gaudbertum. Ib. discordiæ incentor. 21. deponitur. 22. Eius Apologia.* 236.
Ecclesia Hamburgensis *extenuata temporibus Auctoris.* 1. 48.
Ecclesiæ *in Slavania erectæ.* 54.
Eckbertus *Comes.* 112. 115.
Eduardus *F. Adelrad. Angliæ Regis. 68. suscedit Hardeknut fratri in regno. 80. tributum solvit Svein Danorum. 91. Contentio de regno post mortem eius.* 118.
Edvvardus *primus Episc. Aldinburgensis.* 48.
Egdora *fluvius, terminus regni Danici. 16. 48. 69. eius plenior descriptio.* 138.
Egino *Episc. Dalboiensis insignis. 142. nominis Christi sedulus propagator. 143. accipit & Lundensem Episcopatum. Ib. instituit apud Dalboiam præposituram. Ib. eius error circa conversionem gentium.* 154.
Ehnob *rex Daniæ. F. Olaph.* 34.
Eilhardus *Præpositus.* 46.
Einardus *vir doctissimus, citatur. 5. 9. 49. 143. 148.*
Eizo *Episcopus Aldinburg.* 97.
Ekbertus *Farriensis Episc.* 136.
Electrides *insulæ.* 156.
Elnodus *Archiepisc. Anglorum.* 69.
Emisa *fluvius quartus ex magnis Saxoniæ fluminibus.* 6.
Emisgoë *Comitatus.* 113.
Emma *uxor Ludgeri Comitis, multa bona facit Ecclesiæ Bremensi. 64. totum fere thesaurum suum eidem offert. 75. 114. Dat eidem curtem Stiplaga. 81. obit. Ib.*
Emund *F. Erici, Sveonum rex.* 53.
Emund Gamul, *F. Olaph, Fratri Iacobo succedit in Sveoniæ regno. 91. repellit legatos Archiepisc. Hamburg. 92. moritur.* 93.
Engelhardus *Magdeborg. Archiepiscopus.* 102
Erp *Episcopus Perdensis.* 44.
Eisico *Episcopus Slesvvicensis.* 64. 66.
Ethilredus *Angliæ rex. 67. Vide supra Adelradus.*
Erimbertus *presbyter Ecclesiam Sveonum regit.* 24.
Estlandiæ *situs. 146. incolæ Dracones & volueres adorant. Ib.*
Everardus *Trevirensis Episcopus.* 102.

F.

Falstre *insula Danorum.* 146.
Fartia *insula. 140. dicta Heiligeland & Foisetisland. Ib.*
Ferda *Episcopatus.* 104.
Ferula pastoralis *Episcopis olim ab Impp. data. 33. dicitur & virga pastoralis. 37. Cambucca pastoralis. 75. Baculum pastorale.* 76.
Filii Luthevvici *Pii de regno inter se contendunt. 21. à Sergio Papa componuntur.* 22.
Finni *insula. 140. ei adiacentes insulæ.* 146.
Finvvedi *inter Nordmanniam & Sveoniam habitantes.* 151.
Fivelgoë *Comitatus.* 113.

Fluvii Saxoniæ *nobilissimi.* 5.
Folcquardus *Slavaniæ Episcopus.* 61.
Formosus *Papa irrita esse iubet privilegia Ecclesiæ Hamburgensis.* 34. *obit. Ib.*
Fresiæ *pars Haroldo Dano in beneficium data.* 17. *depopulata.* 39. *est in ditione Danorum.* 30. *infestatur à Duce Bernhardo.* 110.
Fresonum *ab ostio VVirrahæ Septentrionem versus audax navigatio.* 159. *Fresi castigantur ob laborem diei dominicæ.* 25.
Fricco *Idolum Sveonum.* 143. 152. *in frusta conscinditur ab Eginone. Ib.*
Fridericus *Comes Palatinus, frater Adelberti Archiepiscopi.* 126.

G.

Gallus *primus Alemanniæ Apostolus.* 10.
Gardbertus *Episc. Sveoniæ dictus Simon.* 19. *Sveonia pellitur.* 21. *non vult denuo se eo conferre.* 23.
Gerbrandus *Selandiæ Episc.* 68. *habet successorem Avoconem.* 73.
Germaniæ *prisci incolæ quærunt alias sedes.* 6.
Gerzleff *Russiæ rex.* 58.
Gislemarus *& VVithmarus cum Ansgario prædicant in Dania.* 18.
Gislarius *Adalberti successor in Archiepisc. Magdeburgensi.* 52.
Glindesmor *palus.* 58.
Gneus & Anatrog *Duces VVinulorum pagani.* 74.
Gniph *Sveonum Satrapa.* 118.
Goslaria *fundatur ab Henrico. III.* 101. *palatio duabusque congregationibus exornatur. Ib.*
Gotafridus *Dux.* 102.
Gotafrid *Daniæ rex potentissimus,* 16. *minatur Carolo M. bellum. Ib. cœlitus extinguitur. Ib.*
Godescalcus *Gothorum Episc.* 150.
Gotescalcus, *F. Vionis Ducis Slavorum, ex Christiano persecutor eorum.* 74. *capitur à Duce Bernhardo. Ib. proficiscitur cum Knut rege in Angliam.* 75. *mortuo Knut Slavaniam impugnat.* 81. *In eadem fervide religionem Christianam propagat.* 96. *frequenter in Ecclesia sermones habet. Ib. à paganis occiditur.* 116. *eius uxores & liberi.* 117.
Gothi *Germani.* 6. *supra Daniam habitant.* 145. *Orientales & Occidentales.* 150. *eorum Episcopi.* 151.
Gothelba *fluvius Sveviæ.* 149.
Gozzicana *Abbatia iuxta Salam fl.* 89.
Gregorius *Papa confirmat privilegia Ecclesiæ Hamborg.* 19. *Constituit Ansgarium Legatum & vicarium Apostolicæ sedis.* 25.
Gregorius *Turonensis citatur.* 6.
Grinkeil *Episcopus Nordmanniæ.* 155.
Gronland *insula.* 158. *mores incolarum. Ib.*
Gronlani *prædicatores ab Adelberto Hamburg. petunt.* 138.
Groningor *prædium Ecclesiæ Bremensis.* 101. *Gronigin dicitur pag.* 124.
Gude *regina à Daniæ rege separata.* 92.
Guduin *Dux Angliæ.* 68. *Eius filij Angliæ regnum sibi subiiciunt.* 91.
Gudurim *Nordmannorum princeps.* 25.
Guido *Musicus corrigit Bremæ melodiam & claustralem disciplinam.* 76.

Gula & mulierum appetitus Danis naturale vitium. 97.
Gurd Daniæ rex. 33.
Gvvrm F. Hardevvich, Daniæ rex. 38. crudelissimus vermis. 38. supplex pacem petit ab Henrico Aucupe. Ib. non potest flecti ad Christianismum amplectendum. 39.
Gysla Imperatrix. 73. multa bona facit Ecclesiæ Bremensi. 81.

H.

Hacquin primus Nordvvegiæ rex. 53.
Haddo patrimonium suum Heslinge Deo offert. 47.
Haddo Moguntinus Archiepisc. 34.
Hadugatus Dux Saxonum. 7.
Haisti Slavi ad sinum Balthicum. 144.
Halagland insula. 158. Eius miranda. Ibid.
Haldan & Sigafrid Danorum reges. 28. pacem firmant cum Lothevvico super arma iurantes. 28.
Haliola fluvius. 50.
Halitgarius comes Ebonis in legatione ad gentes. 17.
Halsingburg. 61. traiectus ibi brevissimus in Sconiam. 141.
Halsingaland caput Scritefinnorum. 151.
Hammaburg Saxonum nobilissima civitas. 5. 48. civitas Nordalbingorum. 15. statuitur metropolis omnium Septentrionalium populorum. 18. 100. à Nordmannis vastatur. 21. Distinguitur in vetus & novum oppidum. 100. funditus deletur. 117. bis incenditur & vastatur uno anno. 128.
Hammaburgensis Ecclesiæ initia sub Carolo M. 15. Eius primus Archiepiscopus Anscharius. 18. Parochiæ eius trans Albiam. 48. coadunatur ipsi Bremensis Ecclesia. 25. suffraganeos accipit. 41. fœcundissima gentium mater dicitur ab Adelberto. 99. renovatur. 77. Patriarchali sedi ab Adelberto destinatur. 103. 122. Fines Archiepiscopatus illius. 141. Encomion. 48. ab Vnvvano. 71. Eius ædificia lignea mutantur in lapidea, quinquaginta curtes dominicales habet. 122. 161.
Hardeknut, F. Knut, Daniæ, & fratre mortuo una Angliæ rex. 79. moritur 80.
Haroldus F. Knut Anglia Rex. 79.
Haroldus Daniæ Rex, fœdus init cum Ludovico Pio Imp. 17. à filiis Gotafridi regno spoliatur. Ib. supplex ad Imp. veniens, imbuitur cum uxore Catechismo & baptizatur. Ib. beneficium trans Albiam accipit. Ib.
Haroldus Daniæ Rex Ottonis I. temporibus. 42. 52. primus Christianitatem indixit Danis. 55. regno pellitur & moritur. Ib. leges & jura constituit Saxonibus Transalbianis & Fresonibus. Ib.
Haroldus frater Olaph Martyris. 91. accipit Norvvegiæ regnum pro ducatu in beneficium. 91. mox rebellis Daniam vastat. Ib. Orchadas & Island sibi subiicit. 93. Legatos Adalberti repellit magno cum fastu. 94. Alexandri Papæ ad ipsum literæ. Ib.
Hartildus Daniæ & Norvvegiæ rex. 53.
Hateloa. 7. 79. accedit Episcopatui Hamburg. 112.
Heidaba. 38. 81. 139. Vide Sliasvvig.

Heiligaland, *locus venerabilis nautis.* 140. *Vide Farria.*
Heiligo *Daniæ Rex.* 34.
Helingaudus *Ferdensis Episcopus* 19.
Heimeraminus *Bavariæ Apostolus* 10.
Heliganstad. 104.
Hemming *Gotafridi in Daniasuccessor.* 16. *accipit à Carolo M. regni terminum Eydoram fluvium.* Ib.
Henricus I. *Vngros vincit.* 38. *Daniæ terminos ponit.* Ib.
Henricus II. *justitia & sanctitate insignis.* 69. *Saxones, Italos & Burgundiones imperio subycit.* Ib.
Henricus III. *Conradi F. patri succedit.* 78. *Accipit in matrimonium filiam Knut.* 69. 72. *In Italiam proficiscitur, & depositis Pontificibus aliis Clementem substituit.* 88. *Coronatur ab eodem Clemente.* Ib. *Bremæ regio more suscipitur.* Ib. *offert fratribus curtem Balga, & Ecclesiæ Comitatum Fresiæ.* Ib. *Insidiis circumvenitur.* Ib. *fundat Goslariam.* 101. *moritur.* 104.
Henricus IV. *admodum puer succedit patri.* 104. *munera mittit Ecclesiæ Hamburg.* 112. *Corbeiam & Lauresham donat eidem.* Ib. *Omnem supellectilem Adelberti, more tum Impp. usitato accipit.* 130.
Henricus Pinguis *Lundensis Episc.* 142. 143.
Henricus *F. Gotescholki Slavorum Ducis.* 117.
Heribertus *Daniæ Episc.* 138.
Herici *duo certant de regno Sveonum.* 118.
Hericus *potentissimus Sveonum rex, Daniam invadit & obtinet.* 57. *Est simul pulso Svein Danorum Sveonumq; rex.* 58. *à Poppone ad Christianismum conversus.* 59. 60. *rursum ad paganismum relapsus.* Ib.
Heridagus *primus Hamburgensis Ecclesiæ presbyter.* 15.
Herigarius *Birchæ præfectus Christianissimus.* 18. *solus ibidem sustentat Christianitatem.* 21.
Herivvard *eques Saxonum celebris.* 58.
Hermannus *Dux Saxoniæ* 45. *Eius natales.* Ib. *Ecclesiæ Bremensi, atq; Hamburgensi matri, devotus est.* Ib. *moritur.* 52.
Hermannus *Archiepiscopus Hamburg.* 75. *cum damno Hamburg visitat.* Ib. *adducit Guidonem Musicum.* 76. *Bremam muro circumdare instituit.* Ib. *moritur.* Ib.
Hermannus *Colonienſis Archiepisc.* 102.
Hermannus *Comes F. Bernhardi Ducis* 111. *fit miles Archiepiscopi Adalberti.* Ib. *ob devastatum Episcopatum Bremensem exilio multatur.* 112. *absolvitur & satisfacit Ecclesiæ.* Ib.
Herminfridus *Dux Thuringorum.* 7.
Heruli *Svevis confines.* 6.
Heslingen *cœnobium virginum.* 47.
Hessones & Franci *Saxonum vicini.* 11.
Hetti *Trevirensis Archiepisc.* 18.
Heveldi *Slavi.* 50.
Hiltinus *primus Bircensis Episc.* 150.
Himantopodes 152.
Hiring *F. Haroldi à Northumbris occiditur.* 53.

Histriones *personæ infames.* 106.
Hogerus *Archiepisc.* 35. *eius vigilantia.* 36. *obitus. Ib.*
Holmus *insula, celeberrimus Daniæ portus.* 142. 145.
Holtzati *à silvis dicti, Transalbiani Saxones.* 48.
Horicus *frater Haroldi Danorum regis.* 17. *accipit in beneficium à Ludovico Pio partem Fresiæ. Ib.*
Horicus *Daniæ rex, redditur Christianus à B. Ansgario.* 33. *erigit Ecclesiam in Sliasvvig. Ib. Diplomadat Ansgario in Sveoniam eunti.* 24. *eum Gudurin Normanno contendit.* 25.
Horicus *junior, Sveonum rex.* 25. *ex persecutore fit Christianus. Ib. Ripensem secundam in Dania extruit Ecclesiam. Ib.*
Hunfridus, *Archiepiscopus Magdeburgensis.* 83.

I.

Iacobus *F. Olaph. Sveonum rex populo acceptissimus.* 71. *dictus alio nomine Anund. ibid. vid. supra.*
Ikia *venerabilis matrona, donat B. Ansgario Ramsolam.* 22.
Imbra *insula maris Balthici.* 145.
Imma *soror Richardi Nordmanniæ Comitis.* 68. *nupta primum Adelrado Angliæ, post Knut Daniæ regi. Ib.*
Immedingorum *clarissimum genus.* 65.
Ingard *F. Olaph Sveonum R.* 61. *Conjux Gerzleff F. Ducis Russiæ. Ib.*
Iohannes X. *pallium dat Vnni Archiepisc.* 37.
Iohannes *Papa, dictus Octavianus, ab Ottone M. deponitur.* 43.
Iohannes Scotus *Episcopus Magnopolitanus.* 97. *fustibus cæsus & obtruncatus à Slavis.* 116. *Caput eius conto praefixum Deo Redigast immolatum.* 119.
Iohannes Monachus *in Svediam ordinatus Episc.* 137.
Iohannes *primus Norvvegiæ Episc. ex Anglia.* 155.
Ippo *Presbyter super altare immolatur à Slavis.* 116.
Irmensul *idolum Germanorum.* 9.
Isarnho *saltus, in quo oritur Egdora fl.* 138.
Island, *olim Thule.* 157. *Mores incolarum. Ibid. Episcopum suum pro rege habent. Ib.*
Islani *prædicatores petunt ab Adelberto.* 99.
Isleph *ordinatur Islanorum Episc.* 152.
Iulinum *celeberrima Slavaniæ civitas.* 50. 148.
Iurandi *mos per arma apud Danos.* 28.
Iutland *prima pars Daniæ in tres Episcopatus divisa.* 43. 139. *in duos rursum Episcopatus contracta.* 64. *iterum eius pars in quatuor Episcopatus discreta.* 140. *Eius situs & magnitudo.* 139.

K.

KILIANVS, *primus in Franconia Evangelium prædicavit.* 16.
Knut, *F. Svein Danorum Regis.* 67. *Eius expeditio in Angliam. Ib. Eam simul possidet & Daniam.* 68. *Episcopos Anglos constituit in Dania. Ib. Eius cum Olaph*

Olaph Nordman. rege perpetua consentio. 69. hoc pulso, simul regnat in Dania & Norvvegia. 71. trium regnorum potentia terribilis Italiam cum Imp. ingreditur. 74. tres habet filios inter quos ista regna distribuit. Ib. 79. moritur. Ib.

L.

LALAND una insularum, Danorum regnum respicientium. 145.
Lami, Turci, Scuti gentes Aquilonares. 136.
Lanfrancus Doctor Ecclesiæ Anglicanæ insignis. 118.
Langobardi. 6.
Laureſſa cœnobium, 101. Hamburgensi Ecclesiæ acquirere satagit Adelbertus. 112. 125.
Leo VII. confert pallium Adaldago. 41.
Leo IIX. abrogato Iohanne XII. Papa ab Ottone M. constitutus, 45.
Leo IX. venit in Germaniam. 102. præsidet cum Henrico III. Imp. concilio Moguntino. Ib. moritur. 104.
Leudericus tertius Bremensis Episc. 20. vocat se nunc Custodem nunc Pastorem Ecclesiæ. Ib. B. Ansgarium depellit. 22. moritur. Ib.
Leutici Slavi, alias Wilzi. 50.
Liafdagus Ripensis Episc. miraculis celebris. 54.
Libentius successor Adaldagi Archiepisc. 55. Eius laudes. 56. consecrat Ecclesiam Rosanfeldan. 64. Ordinat multos Episcopos in diversas provincias. 64. Obit. Ib.
Libentius Archiepisc. nepos prioris Libentij. 73. Eius laudes. Ib. curâ Xenodochij. Ib. Legatio & ordinatio Episcoporum ad gentes. Ib. Hammaburg sæpe visitat. 74. Ecclesiam Episcopaliter exornat. 75. moritur. Ib.
Liberse mare. 159.
Liemarus Archiepisc. Hamburg. 1. 84.
Lindroldus Archiepiscopus Mogunt. 33.
Lingones Slavi. 50. 96.
Lismona. 81. 88. construitur ibi Præpositura. 89. 101. venit in ditionem Ecclesiæ Hamburg. 112.
Liubuzzi Slavi. 50.
Loctuna prædium. 115.
Ludgerus Comes frater Bennonis Saxonum Ducis. 64. 81.
Luidgerus, Romam venit. ib. in montem Cassinum recedit. 112.
Lundona civitas Sconiæ. 141.
Luniburg Monasterium Ducis, literarum studiis celebre. 74. Famosum ibidem colloquium inter Imp. & Daniæ regem, 124.
Luthevvicus Pius succedit Karolo patri in regno. 16. committit Transalbinam provinciam Bremensi & Ferdensi Episcopis. Ib. confert Episcopatum Hamburg. Anschario. 18. moritur. 21. divisio regni eius post mortem inter filios. 22.
Luthevvicus Pij F. Germaniæ Rex. 22. Confert Ansgario Episcopatum Bremensem. 23. moritur. 29.
Luthevvicus puer, deponitur. 76.

M.

MACCO Vicedominus. 78.

Magdeburg. 9. conditur ab Ottone M. 47. Statuitur metropolis Slavorum. Ib. Eius suffraganei. Ib.
Macrobius citatur. 161.
Magi & incantatores pelluntur Norvvegia. 70.
Magnopolis Obodritorum civitas. 50. 96.
Magnus F. Olaph Norvvegiæ Rex. 79. Daniam invadens duo regna possidet. Ib. 80. 90. filiam connubio jungit Ordulpho Bernhardi Ducis F. Ib. magnam stragem edit Slavorum. 81. pellitur à Dania & obit. 90.
Magnus Dux, Ordulphi F. Ecclesiam Bremensem infestat. 116. Saxoniam vastat. 124. Cæsari se dedit. 127.
Moguntina Synodus damnat coniugium clericorum. 102.
Major domus. 138.
Manus S. Iacobi Apostoli. 130.
Marcomanni. 6.
Mare barbarum. 138.
Martianus laudatur. 148. 156. 159.
Martyres in Slavania. 116. in Svedia. 119.
Meinherus Episc. Aldinburgensis. 73.
Mercurius Germanorum Deus. 8.
Mescenreiza rivulus. 48.
Michilinburg civitas Obodritorum. 117.
Milinthorp Ecclesia Transalbianorum. 16. 47.
Miraculum in Nordvvide. 30.
Miracula à S Rimberto facta. 31.
Miraculum quod Bremæ contigit. 37. ad sepulchrum Haroldi. 55. Popponis Slesvicensis Episc. 59. in Sacerdote Idolorum ad Vbsolam. 153.
Misizza, Naccon & Sederich Principes Slavorum. 54.
Mizzidrog & Mistrovvoi Duces Slavorum. 62.
Moiland insula Danorum. 145.
Mons Cassinus 12.
Monomachus Imp. Græc. mittit Henrico Imp. munera. 103. congratulatur Adelberto Archiepiscopo Hamburgensi. Ib.
Morse insula. 145.
Mos Danorum per arma jurandi. 28. Barbarorum circa successionem liberorum. 79. confirmandi pacta per convivia mutua. 95. Saxonum in convivijs. 132. Danorum in mulieribus constupratis vendendis. 141.

N.

NACCON Slavorum princeps. 54.
Neptunus triplicis naturæ. 51.
Nicolaus Papa, confirmat coniunctionem Ecclesiæ Bremensis cum Hamburgensi. 23. 24.
Nithardus martyrio coronatur in Sveonia. 21.
Nordmanni quinam dicantur. 16. 144. Hamburg incendunt & Fresones sibi subiiciunt. 21. Irrumpunt in Galliam. 25. Saxoniam vastant & Germaniam ad Rhenum. 29. Galliam denuo invadunt. 30. Angliam & Fresiam subiugant. 30. ab Arnulpho ad internecionem delentur. 33.
Nordmannia latissimum septentrionis regnum. 149. dicitur hodie Norvvegia. 153. Eius situs & magnitudo. Ib. Incola-

Incolarum mores. Ib. copia ferarum in eadem. 154. Eius Episcopi ad Adami Bremensis usque tempora. 155.
Nordvvide *Fresiæ pagus.* 30.
Norvvegiæ *Episcoporum ratio.* 156.
Norvvegiæ *reges : Hacquin. 53. Hartildus. Ib. Thrucco. 58. Olaph. 60. 61. Svein. 67. Olaph. Ib. 69. 70. Knut. 71. Svein. 79. Magnus. Ib. 90. Svein. Ib. Haroldus.* 91. 118.
Nothobaldus. 126. 128.

O.

OBODRITI. 50. 96. 117.
Oceanus *caligans.* 144.
Odanse *civitas insulæ Finne.* 140.
Oddo *Episcopus Ripensis.* 136.
Oddora *fluvius ditissimus Slavaniæ. 50. Eius origo. 51. Populi ad eum habitantes.* 145.
Odinkar *ab Adaldago in Sveoniam ordinatus. 53. claret in Dania.* 59.
Odinkar *iunior, Episcopus Ripensis. 60. 74.*
Olaph *Daniæ rex.* 34.
Olaph *Thruccouis F. Rex Nordmannorum. 60. suscipit religionem Christianam in Anglia. I. bellum infert Svein Danorum regi. 61. victus in mare se præcipitat. Ib. cur dictus sit Olaph. 62.*
Olaph *F. Craccaben, Nordmannorum Rex. 67. bellum continuum gerit cum Knut Daniæ rege. 69. Episcopos petit ab Archiepisc. Hammaburgense. 70. pellitur regno. 71. martyrio coronatur. 72. sepulchrum eius in civitate Throndempnis miraculis clarum est. Ib.*
Olaph *Herici F. Sveonum Rex Christianissimus. 61. 70. uxorem ex Obodritis accipit. 61. Eius filii Emund & Anund. 71. moritur.* 178.
Oleph *rex Sveonum temporibus Ansgarii. 24. tribuit huic licentiam fabricandi Ecclesiam in Sveonia. Ib.*
Olla Vulcani. 51.
Orchades *insulæ. 165. pertinent ad parochiam Hammaburgensem. Ib. Earum legati petunt prædicatores ab Adelberto Archiepiscopo. 135. ad eas dirigitur primus Episcopus Thorulfus.* 156.
Ordulphus *F. Bernhardi Ducis accipit uxorem filiam Magni Danorum regis. 80. occidit Haroldum Principem Danorum. Ib. cum fratre Hermanno sit hæres paternorum bonorum. III. Bremensem devastat Episcopatum. Ib. in vanum contra Slaves dimicat.* 117.
Osbern *Dux Anglorum occiditur.* 91.
Osmund *acephalus Episcopus Sveonum. 91. Ordinatur à quodam Poloniæ Archiepiscopo. 92. iactat se Svediæ Episcopum à Papa consecratum. Ib.*
Ostrogard *Ruzziæ civitas.* 144.
Otgarius *Moguntinensis Archiepiscopus.* 18.
Ottinsunt *Daniæ cismarinæ locus, à victoria Ottonis M. dictus. 42. 139.*
Otto *Dux Cæsari se submittit. 124. Eius ducatus confertur VVeponi.* 125.
Otto M. *Imp. 41. Danis bellum infert. 42. Eos sibi subiicit uti & Slavos. 43.*

In Italiam vocatur. 44. *Hermanno, quem deinceps Ducem creat, ducatum Saxoniæ committit.* 45. *In Italiam proficiscitur. Ib. deponit Iohannem Papam. Ib. Augustus à Leone Papa Salutatur. Ib. Filiis Berengarij victis Romam reddit pristinæ libertati.* 46. *Magdeburg condit.* 47. *domitor omnium septentrionis nationum obit.* 52.

Ott II. *succedit patri.* 52. *Francorum reges vincit. Ib. Calabris bellum inferens moritur. Ib.*

Otto III. *adhuc puer in regnum substituitur.* 52. *utitur ministerio Adaldagi Archiepisc. Ib. Danis, Slavis, Italis & Francis domitis moritur.* 64.

P.

PALDONES, *lanea vestimenta.* 147.

Paludes Scythicæ *vel Meoticæ.* 148.

Panis *fluvius, terminus Hamburgensis Parochiæ.* 50. 145. *vocatur* Penis. 47. 96.

Paschalis Papa. 17.

Pauperes *defraudare quantum sit peccatum.* 122.

Persecutio *magna in Saxonia.* 36.

Pictęas *Massilienſis, citatur.* 157.

Pippinus *Francorum rex.* 10.

Pleichani *barbari in Hulmo insula.* 142. *Convertuntur ab Eginone Dalboënsi. Ib.*

Plecazze *villa in Rustris.* 15.

Plisna *prædium Ecclesiæ Bremensis.* 101. 124.

Plusso *auctor multorum malorum apud Slavos,* 117.

Polabingi *Slavi.* 96.

Polanorum *latissima terra.* 145. *ultima Vvinulorum provincia est. Ib.*

Pomerani *trans Oderam habitantes.* 145.

Poppo *vir sanctus.* 59. *miracula facit. Ib. moritur,* 73.

Pruzzi *Semlandiæ incolæ,* 51. *homines humanissimi.* 147.

Q.

Quistina. 14.

Quæstio de Bremensi *Ecclesia orta deciditur.* 24. *à Formoso Papa retractatur.* 35. *à Sergio rursum comprobatur.* 35. *à Brunone Colonienſi querela eius causa instauratur.* 44.

R.

RABBODVS *Episc. Traiectenſis.* 29. *cedens persecutioni Daventriæ sedem constituit. Ib.*

Racisburg *Polabingorum civitas.* 50. 104. 116.

Ramsola *ex prædio fit cœnobium.* 22. *ex eo Ansgarius visitat Hamburgensem Ecclesiam. Ib.*

Rasta *viæ spatium.* 22.

Ratibor *Dux Slavorum potens.* 80.

Ratolfus *Slesvicensis Episcopus.* 136. 148.

Redigast *Idolum Slavorum.* 50. *Immolatur ipsi caput Iohannis Episc.* 117.

Regia potestas *malis formidolosa.* 138.

Reginbertus *Slavaniæ Episc.* 64.

Regin-

Reginfridus *Daniæ rex. 17. pellitur regno. Ib.*
Reginvvardus *Archiepisc. 37. moritur. Ib.*
Reregi *Slavi, alias Obodriti.* 50. 96.
Rhetari *Slavorum potentissimi.* 50. *Rheteri.* 97.
Rhetre *civitas, sedes idololatriæ.* 50. *Slavorum metropolis.* 117.
Rhuni. 51. *qui & Rani fortissima Slavorum gens.* 146.
Richardus *Nordmanniæ Comes.* 68.
Rimbertus *monachus in Rodnach. 21. ex Diacono fit Archiepisc. Hamburgensis. 27. Scripsit vitam S. Ansgarij. Ib. miracula fecit. 30. auget Xenodochium Bremæ. 32. Scripta eius. Ib. Accipit coadiutorem Adalgarium. 33. moritur.* 32.
Ring *Svconum rex.* 40.
Ripa *civitas, sedes Episcopalis.* 43. 139. *In quatuor sedes discreta.* 140.
Riphæi *montes.* 152. 153.
Rodbertus *F. Richardi Nordmanniæ Comitis.* 68.
Rodolphus *Episcopus in Sliasvvig.* 78.
Rodnach *cellam donat Carolus Heridago.* 16.
Rosaveldan, *præpositura.* 64. *Hamburgo proxima.* 124.
Roschild, *sedes regia Danorum.* 141.
Ruzziæ *regni terminus connectitur regno Polanorum.* 145.

S.

SACERDOS *gentilium cæcus miraculose illuminatur.* 152.
SAL A, *eiusque origo.* 5. 6.
Salomon *rex Ungriæ, restituitur in regnum* 111.
Sampse *insula sinus Balthici.* 145.
Sarmatæ. 6.
Saxoniæ *descriptio. 5. Eius fluvij nobilissimi. 5. 6. primi eius incolæ. 6. in provinciam redigitur. 12. dividitur in VIX. Episcopatus. Ib. gravi persecutione premitur. 36. 38. Eius trans Albiam limites.* 48.
Saxonum *antiquitas. 6. Eorum sedes circa Rhenum. 6. primum Angli dicti. Ib. Eorum pars venit in Britanniam. Ib. pars in Thuringiam. 7. Ubi appulerint ab Anglis regressi. 7. Saxonum confines. 6. 7. quatuor differentiis consistunt. 8. coniugia illorum. Ib. Dij, luci, auspicia, sordes. Ib. religio. 9. Eorum in Franciam translatio. 15. avaritia.* 98.
Saxonum *Transalbianorum tres populi.* 48.
Scarane *civitas Gothiæ Occidentalis.* 70.
Scarienſis *Ecclesia.* 136.
Schalchinburg. 66.
Sconia *provincia Danorum. 140. habet 300. Ecclesias. 142. distributa in duos Episcopatus Lundensem & Dalboiensem. Ib.*
Scritefinni. 151.
Scythicum *pelagus.* 49. 50.
Sederich *princeps Slavorum.* 54.
Seland *insula. 141. Eius olim Episcopi simul Sconiam gubernabant.* 142.

Sembi vel Pruzci. 147. *Eorum virtutes. Ib.*
Semland *provincia.* 51. 147.
Sergius *Papa.* 35. *renovat privilegia Ecclesiæ Hamburgensis. Ib. pallium confert Hogero, Ib.*
Sevvardus *Norvvegiæ Episc.* 137.
Sibico *Spirensis Episc. adulterij accusatur,* 102.
Sicambri. 6.
Sictona *civitas magna Svediæ.* 152.
Sigefrid *& Anulo contendunt super Daniæ regno.* 17.
Sigafridus *Marchio capitur ab Ascomannis* 57. *elabitur rursum, & plagam vindicat. Ib.*
Sigafrid & Haldan *Danorum Reges.* 28.
Sigafridus *ab Anglia veniens prædicat in Nordmannia.* 155.
Sigerich *Danorum.* 36.
Sigvvardus *Nordmanniæ Episc.* 155.
Simon, *dictus Gaudbertus Sveonum Episc.* 19. *Item Stenphi, Scritifinnorum Episc.* 151.
Simon *alius Svediæ Episcopus.* 137.
Simundus *Halberstadensis Episcopus.* 35.
Sindgerus *Capellanus Hermanni Archiepiscopi, post Papa, dictus Clemens.* 76. 88.
Sinticum, 124. *dicitur &* Sincicum. 101.
Slavania *amplissima Germaniæ provincia.* 49. *Archiepiscopatus Magdeburg. subiecta.* 47. *Eius longitudo & latitudo.* 50. *In duos de viginti pagos est distributa.* 54.
Slavorum populi *vary,* 50. *Ad Christum conversi sub Ottone M.* 54. 54. *ingum servitutis excutiunt.* 64. *Daniam infestant & cædnntur.* 81. *rursum Duce Goteschalco convertuntur.* 96. *denuo fidem abnegant, & Christianos variis supplicijs afficiunt.* 117. *Hamburg exscindunt. Ib iterum fide Christiana imbuti, tertio ad paganismum relabuntur Ib.*
Slia *lacus.* 138.
Sliasvvig. 31. *olim Heidaba.* 38. 81. 139. *Ecclesia ibi erigitur à B. Ansgario.* 23. *terminus regni Danici constituitur & Marchionem accipit,* 38. *destruitur à Danis.* 42. *accipit Episcopum.* 43. *donatur à Conrado II. una cum Marchia Knut Daniæ regi.* 69. *unde nomen habeat.* 139. *Civitas Saxonum Transalbianorum populosissima & opulentissima.* 117. *funditus à paganis excisa. Ib.*
Solinus *citatur.* 148. 152. 156.
Stathe *seu Stadium, opportunum Albiæ portus præsidium.* 57. *instituitur ibi præpositura.* 89.
Sortium consuetudo *ap. Saxones.* 8. *Sveones.* 24.
Steinkil. 92. *Rex Sveonum.* 93. *obit.* 118.
Stenphi *Scritifinnorum Episc. dictus Simon.* 151.
Stoderani. 50.
Strata Ottonis. 139.

Sturia *flumen.* 48.
Sturmarii *Saxonum Transalbianorum nobilissimi.* 48. *Eorum provinciæ descriptio.* 99.
Svein *Daniæ rex.* 54. *Christianos persequitur.* 56. *regno pellitur.* 57. *errabundus ab Anglis & Nordmannis repellitur.* 58. *suscipitur à Scotorum rege.* 59. *obtinet denuo regnum mortuo Herico.* 61. *iterum expellitur, sed mox restituitur. Ib. transfretat in Angliam & moritur.* 67.
Svein *F. Knut ex concubina, Norvvegiæ Rex.* 79. *obit. Ib.*
Svein *F. VVolff.* 68. 78. *piraticam exercens capitur ab Adelberto.* 79. *classi præficitur ab Hardeknut.* 79. *bellum gerit cum Magno & vincitur.* 80. *Magnum pellit à Dania.* 90. *Angliam invadit, ac Edvvardum sibi subiicit. Ib. Consanguineam suam ducit uxorem, quam mox repudiat.* 91. *conciliatur Archiepisc. Adelberto.* 95. *constringit Olaph & Magnum magna virtute.* 119. *diffundit longe lateque religionem Christianam.* 119. *contendit de Angliæ regno cum Bastardo. Ib. Adamo auctori nostro magnam suggerit historiæ suæ partem. Ib. dirigit prædicatores in regna Septentrionis. Ib.*
Sveonia *latissima Septentrionis regio.* 149. *Eius brevis descriptio* 151. *Status eius mutatus post mortem Steinkil regis.* 118.
Sveonum mores. 149. 150. *superstitio.* 152. *Sacrificia.* 153.
Sveoniæ reges, *Biorn.* 18. *Anundus.* 21. *Olaph.* 24. *Ring.* 40. *Emund.* 52. *Hericus.* 57. 59. *Olaph.* 61. *Anund, qui & Iacobus.* 71. *Emund Gamul.* 91. *Steinkel.* 93. 118.
Sullenberg *mons Stormariorum provinciæ.* 100. *castello & præpositura exornatur. Ib.*
Synodus *Moguntina.* 102. *Tiburiensis.* 115.
Svevi *circa Albim olim habitarunt.* 6. *populi illis vicini. Ib.*

T.

TADICVS Svediæ Episcopus. 137.
Tanquardus *Brandenburgensis Episc.* 137.
Terra *feminarum.* 145. 146.
Theophania *uxor Ottonis II.* 103.
Theotimus *Scytharum Episcopus.* 67.
Theutonum *populus à Bonifacio conversus.* 10. *Apud eum nunc summa Imperij Rom. & divini cultus reverentia viget & floret. Ib.*
Thiadericus *rex Francorum.* 7. *bellum eius cum Thuringis. Ib. Saxonum auxilium implorat. Ib.*
Thiadericus *Marchio Slavorum.* 63. *mala morte finit vitam.* 64.
Thiadericus *Comes capitur ab Ascomannis.* 57.
Thiadhelmus *Rector scholarum Ecclesiæ Bremensis.* 46.
Thiadmarsgoi *Saxones Transalbiani.* 48.
Thiadmarus *frater germanus Bernhardi Du-*

di Ducis. 75. 79. Insidias struit Henrico Cæsari. 88. in duello interficitur. Ib.
Thiadmarus *Hildesheimensis Episc. alias Timmo.* 80.
Thinc, *concilium populi.* 150.
Tholf *Episc. Norvvegiæ. 137. in civitate Trondemni.* 155.
Tholosantes *Slavi. 97. vincuntur à Circipanis. Ib.*
Thore *uxor Olaph Norvvegiæ regis superbissima.* 60.
Thor, VVodan & Fricco *Dij Sveonum.* 153.
Throndempnis *civitas magna Norvvegiæ 72. & metropolis. 155. sepulcrum Olaph in ea miraculis clarum. 72. 94. 155.*
Thrucco *F. Hacquini, Norvvegiæ rex. 58. reticit Svein exulem. Ib.*
Thuit *insula sinus Balthici.* 145.
Thule *insula maxima. 156. nunc Island. 157. mores incolarum. Ib. Episcopum suum habent pro rege. Ib.*
Thurgot *primus Episc. Scaranensis, in Gothia Occidentali. 70. 150. lepra percussus obit.* 73.
Thurholt *cella in Gallia confertur Ansgario. 19. sæpe visitatur ab eodem 20. alienatur rursum.* 22.
Thuringi *à Francis vincuntur. 7. ab antiquo Francis tributarij.* 10.
Thurulfus *ad Orchadas positus.* 137. *primus Blasconæ Episcopus.* 156.
Thuph Dux. 90.
Torstan *Idolum Sveonum.* 72.
Tosti *frater Haroldi Anglorum Ducis.* 68. 118.
Trajectum *civitas excisa.* 29.
Triburiensis *Synodus.* 115.
Troglodytæ. 148.
Turci. 145.

V.

Vbsola *templum Idolorum.* 39. 70. 152. 154.
Vdo *Marchio.* 112. 116.
Vicedominatus *dignitas.* 122.
Visio *Bernhardi Ducis.* 110.
Vitalis *Venetiarum Episcopus.*
Vngrorum *eruptio.* 36. 38.
Vnni *Archiepiscopus Hammaburgensis. 37. Haroldum F. Gvvrm convertit. 39. Ei Ecclesiam in Dania committit. Ib. Bircam venit. Ib. revocat à paganismo Sveones 40. moritur. Ib.*
Vnstrote *fluvius.* 7.
Vnvvanus *Archiepisc. Hammaburgensis. 64. primus congregationes ad canonicam traxit regulam. 65. ritus paganicos funditus amovet. Ib magnanimitate sua frangit Bernhardum Saxoniæ Ducem. 66. ordinat Episcopus in Slavaniam Norvvegiam & Svediam. 66. Thesauros Ecclesiæ ad legationis suæ commodum expendit. 67. renovat metropolim Hammaborg, & ibidem habitat. 71. moritur.* 73.
Vto *F. Mistovvoi, Dux VVinulorum.* 74.
Vulpes *nigræ in Nordmannia.* 155.

W.

WAIGRI *Slavi.* 96.
Wall *Danorum Episcopus.* 99. *Eius diœcesis in quatuor dividitur Episcopatus. Ib.*
VValde *maxima inter curtes dominicales Ecclesiæ Bremensis.* 113.
VValthardus *Archiepiscopus Magdeburg.* 64. 73.
VVandali. 6.
VVarnabi. 50. 96.
VVarph *concilium populi apud Svedos.* 150.
VVego *Episcopus Aldinburgensis.* 54.
VVelatabi. 144.
VVendele *matrona offert Deo prædium suum.* 47.
VVendila *sedes Episcopalis constituitur à Svein rege.* 140. *Eius situs.* 141.
VVendilgard *virgo.* 47.
VVermelani. 93. 151.
VVetzel *Archiepiscopus Magdeburgensis.* 105. 128.
VVibergon *sedes Episcopalis in Dania.* 136.
VViduchind *movet persecutionem in Christianos.* 11. *baptizatur.* 12.
VVig *civitas Nordmanniæ.* 155.
VVigbertus *Episcopus Ferdensis.* 35.
VVigderus & Adolinus *disceptant.* 34.
VVigmodia. 13. 104.
VVildishusen 104. *præpositura Bremæ vicina.* 124.
VVilhelmus *cognomento* Ballardus. 68. *occupat regnum Angliæ.* 118.
VVilhelmus *Traiectensis Episcopus.* 105.
VVilhelmus *Selandiæ Episcopus.* 137. 140.
VVilini *Slavi.* 50.
VVillebrordus *primus prædicat Evangelium in Fresia.* 10. 18. *Vita eius.* 140.
VVillehadus *in Fresia prædicat Evangelium.* 11. *mittitur à Carolo rege in Boreales Saxoniæ partes. It. Romam persecutionem fugiens venit.* 12. *Bremensi præficitur Ecclesiæ.* 13. *moritur.* 15. *Corpus eius transfertur, & miraculis celebre est.* 26. *Præpositura eius nomine insignita.* 89.
VVillericus *secundus Bremensis Episcopus.* 15. *prædicat Evangelium Transalbianis.* 16. *interest ordinationi Ansgarii.* 19. *strenue officium facit. Ib. Ecclesiæ suæ magnas divitias acquirit.* 20. *moritur. Ibid.*
VVilzi *alias Leuticii, Slavi,* 50. 97. *dicti & VVetelabi.* 144. *ubi sedes suas habuerint.* 145.
VVinifridus. *vide,* Bonifacius.
VVinland *insula.* 159.
VVinuli *olim VVandali.* 49. *eruditur in religio-*

in religione Christiana. 52. *opprimuntur à Bernhardo Duce.* 65. *sunt à Conrado domiti.* 74. *rursus fiunt hostes Christianorum Duce Gotheschalco. Ib. Vincuntur à Danis.* 81. *multi VVinulorum populi.* 97. *bellum inter se gerunt ob nobilitatem. Ib.*

VVirceburgensis *Episcopi prærogativa.* 112.

VVisura *fluvius, qui & VVirraha.* 5. 6. 14.

VVithmarus *socius Ansgarii.* 18.

VVitingi *piratæ, Germanis Ascomanni.* 145.

VVodan *Deus Sveonum.* 152.

VVolff *Dux Angliæ.* 68. *Eius filii. Ib.*

VVolfredus *Anglus in Svedia prædicat & martyrii lauream accipit.* 72.

Z.

ZUENTIFELD. 49.

Zventina *fluvius.* 49.

FINIS.


Th 4889